



# Specimen juridicum inaugurale de assecuratione super vita

<https://hdl.handle.net/1874/319679>


ASSICURATIONIS SUPER VITA,  
SOCIETATIS  
CONSELAI GENEVENSIS ORPONIER,

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE

ASSECURATIONE SUPER VITA.

M. CAPITAIN. DE ROMBARDUS  
C. A. SPIN ET FILI.



SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE  
DE  
**ASSECURATIONE SUPER VITA,**  
QUOD,  
**ANNUENTE SUMMO NUMINE,**  
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
**CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,**  
PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,  
NEC NON  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,  
ET  
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,  
PRO GRADU DOCTORATUS,  
SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO JURIBUS AC PRIVILEGIIS,  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,  
PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT  
**ANTHONIUS RENDORP,**  
AMSTELODAMENSIS.  
AD DIEM IV JUNII MDCCCL, HORA I.  
IN AUDITORIO MAIORI.

---

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA,  
G. A. SPIN ET FILII.

MDCCCL.

СЕВЕРНАЯ АМЕРИКА

# СЕВЕРНАЯ АМЕРИКА

ИЛИ ОКИЯ АМЕРИКА

СО СЪДЕЖДАНИЕМ

СОВРЕМЕННОГО ПОДРОБНОГО ОПИСАНИЯ

СОСТОЯЩЕГО ВЪ АМЕРИКАНСКОЙ

СОВѢТСКОЙ ИМПЕРИИ

СТАРОГО И НОВОГО СОСТАВЛЕНИЯ

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ

СОВѢТСКОЙ ИМПЕРИИ СЪ СОВѢТСКОГО СОСТАВЛЕНИЯ

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ АМЕРИКА

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ АМЕРИКА

СТАРОГО И НОВОГО СОСТАВЛЕНИЯ

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ АМЕРИКА

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ АМЕРИКА

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ АМЕРИКА

СЪ СЪДЕЖДАНИЕМ

## CONSPECTUS.

PARENTIBUS.

OPTIMIS CARISSIMIS.

PEREGRINUS  
CATHOLICUS

# CONSPECTUS.

## CAPUT I.

DE CONDITIONE CONTRACTUS ASSECURATIONIS SUPER VITA APUD  
VARIOS POPULOS.

INTROITUS.....	Pag. 1.
§ 1. Quid de hac re in Francia statutum fuerit.....	" 5.
§ 2. Quid Juris de hac re in Anglia obtinuerit.....	" 11.
§ 3. Quid Juris de hac re in Neerlandia obtinuerit.....	" 12.
§ 4. Quid de hac re in aliis regionibus Europae cautum fuerit...,"	16.

## CAPUT II.

DE NATURA HUJUSCE CONTRACTUS.

§ 1. De Assecurationis Contractu universe.....	" 17.
§ 2. De Assecuratione super vita peculiariter.....	" 30.

## CAPUT III.

DE ASSECURATIONE SUPER VITA SECUNDUM PLACITA LEGIS NOSTRAE....," 50.

Theses.....	" 69.
-------------	-------

# CONSTITUTION

## CAPITOLIUM

1. *Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio.*

2. *Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio.*

## HISTORICUS

3. *Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio.*

4. *Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio.*

## ANNUALIS

5. *Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio. Constitutio.*

## CAPUT I.

DE CONDITIONE CONTRACTUS ASSECURATIONIS SUPER

VITA APUD VARIOS POPULOS.

### INTROITUS.

Cum mihi in animo sit conscribere Dissertationem de contractu, qui barbare nominari solet, *Assecratio super vita*, necessarium mihi videtur, quaedam praemonere de historia hujusce contractus. Nam quicunque de aliquo argumento disserturus est, rem ipsam fere aggredi non potest, nisi demonstret, quomodo apud varios populos se explicuerit, et sensim sensimque in usum venerit. Itaque haec praemittenda censui, ut, hisce historicis praemissis, dissertationem meam ad finem ducere possem.

Magnopere semper laudatur Jus Romanum, et rectissime: apud Romanos se explicit prae caeteris sensus

Justi. Tamen non facio cum iis qui credunt, omnia argumenta esse petenda ex Jure Romano, nam “tempora ‘mutantur et nos mutamur in illis.’”

Sunt quaestiones, quae imprimis ad tempora posteriora pertinent, de quibus Juri Romano consulere non possumus, quoniam apud eos incognitae erant; sunt res de quibus Jus Romanum tacet, quoniam apud eos non inveniebantur.

Ita etiam, me judice, frustra vestigia contractus Assecurationis in Jure Romano quaeruntur. Dubium tamen ortum est de hac re inter viros doctos, et satis cognita sunt varia placita Juris Romani <sup>1</sup> et scriptorum Romanorum <sup>2</sup>, qui de Assecuratione agere videntur. Pecuniae Trajectitiae usus frequens etiam apud veteres <sup>3</sup> effecit, ut minus indigerent Assecuratione. Vir. Clar. J. VAN HALL <sup>4</sup> animadvertisit, “pecuniae Trajectitiae apud ‘Athenienses eandem fere vim fuisse et efficaciam, quae ‘est hodie contractus assecurationis, qui dicitur, ut

<sup>1</sup> L. 1. D. De Peric. et Com. R. V. (XVIII. 6). L. 13. § 5. D. Loc. Cond. (XIX. 2). L. 1. § 35. D. Dep. vel Contra. (XVI. 3). L. 39. D. Mand. vel. Contra (XVII. 1). L. 7. § 5. D. De Pactis. (II. 14).

<sup>2</sup> CICERO, Epist. XVII. L. II. Liv. Hist. XXIII. cap. 49.  
Liv. Hist. XXV. cap. 3.

<sup>3</sup> Orat. Demosth. contra Lacritum, p. 592.

<sup>4</sup> Dissertatio: Hist. Jur. de Magistro Navis, Pars Prior. pag. 9.  
Amsterdam, 1822.

“nempe quis praemio concesso itineris periculum a se in  
“alios convertat. Sed hoc nomine maxime differunt,”  
addidit Vir Clar.: “quod in Assecuratione damnum da-  
“tum resarcitur, in pecunia vero Trajectitia, damno non  
“dato, pecunia erogata est restituenda.”

Eadem ratione Romanos etiam se a periculis maris tu-  
tos praestare conatos fuisse, dubitandum non videtur.

Sed contractum ipsum Assecurationis tamen iis incog-  
nitum fuisse pro certo habere possumus. Recte de hac  
re, ut mihi videtur, dixit PARDESSUS.

“Le peu d'étendue de la navigation, dont les plus  
“grands risques étaient d'ailleurs prévenus par l'interdic-  
“tion de tenir la mer depuis le mois d'Octobre jusqu'au  
“mois d'Avril, a sans doute retardé les développements  
“que les Jurisconsultes auraient donnés, si le besoin  
“du Commerce l'eut exigé, à l'idée première dont il est  
“impossible de méconnaître l'existence dans les Pan-  
“dectes.”

Certum tamen tempus statui non potest, quando As-  
securaciones primum usurpatae fuerint, nam magna est  
diversitas opinionum inter viros doctos, quando primum  
exstiterit, et apud quosdam populos in usum venerit,  
cum nonnulli illum contractum a Romanis non esse  
inventum, contendunt, sed a Longobardis, alii vero a  
Flandris.

Cum contractus Assecurationis itaque peculiarem  
1\*

contractum in Jure Romano non efficeret, sic Assecurationis speciei, quae dicitur Assecuratio super vita, e Jure Romano minime petenda sunt principia; nam de Assecurazione contra pericula maris, dubium oriri potest, sed de Assecurazione super vita, pro certo habemus, incognitam fuisse in Jure Romano.

In Italia primum vestigia hujusce contractus ocurrere videntur, sed alio nomine et pro certo habemus contractum Assecurationis super vita ex Italia ortum esse. Sponsones mercatorum olim ibi usitatae fuerunt, et ex iis videntur oriri, Assecuraciones super vita, quae cum illis magnam similitudinem habebant.

Exemplum earum sponsonum affert STRACCHA, in Tractatu de spons. Pars IV, n<sup>o</sup>, 8, ubi legimus:

“Si super morte privati hominis fieret sponsio, maxime “animadvertisendum arbitror, finge enim inimicissimum “contrahentis alterius: rectius igitur fecerint mercatores “si se a sponsione proxime relata abstinuerint, sed si is, “super cuius morte facta est sponsio, voluntatem suam “accomodaverit, ratam sponsonem existimo.”

Hoc vero probatur loco Codicis JUSTINIANEI<sup>4</sup> ubi legitur:

“In alienis rebus contra domini voluntatem aliquid “fieri vel pacisci, secta temporum nostrorum non pa-“titur.”

<sup>4</sup> L. 30. D. de Pactis (II. 3).

Vir Consult. c. VAN HEUKELOM<sup>1</sup> etiam docet, saeculo decimo quarto Florentiae fuisse Corpus morale, quod valde convenit cum nostris societatibus assecurationis super vita, et quod dicebatur, *Monte delle doti*, ubi cives solebant deponere pecuniam, quam post aliquod tempus corpus illud morale quintuplicem reddebat, vel retinebat, si deponentes interea mortui essent.

Olim itaque hae sponsiones in Italia factae fuerunt. Animadvertisendum tamen est, tunc contractum apud complures populos Europae prohibitum fuisse, quod probare conabimur in paragraphis sequentibus.

---

§ 4.

*Quid de hac re in Francia statutum fuerit.*

Assecuratio super vita olim in Francia prohibita fuit. In libro Guidon de la Mer. Chap. XVI, art. 5, legitur:

“Autre sorte d’Assurance est faite par les autres nations sur la vie des hommes en cas qu’ils décedassent “estant sur leur voyage, de payer telles sommes à leurs “héritiers ou créanciers. Mesme les créanciers pourront “faire assurer leur debtes, si leur débiteur passoit de “pays en autre: le mesme feroient ceux qui auroient

---

<sup>1</sup> Specimen Jurid. Inaug. De Assecuratione super vita. Amsterdam, 1844, p. 3.

“rentes des pensions, en cas qu’ils décedassent, de continuer par telles années à leurs héritiers telle pension “ou rente qui leur estoit due, qui sont toutes partitions “reprouvées contre les bonnes moeurs et coutumes, dont “il arrivoit une infinité d’abus et tromperies, pour les- “quelles ils ont été contraints, abolis et defendus les dits “usages, qui sera aussi prohibé et defendu en ce pays.”

Cum postea lex de Rebus maritimis lata fuit, anno 1681, nomine Ordinance de la Marine, in Libr. III, Tit. VI, Art. 10, legitur:

“Défendons de faire aucune Assurance sur la vie des personnes.”

POTHIERIUS in opere suo Traité du Contrat d’Assurance, § 11, n°. 27, in animadversionibus ad hunc articulum, causam memoravit, cur haec Assecuratio super vita hominum non licita esse posset. Dixit nempe non convenire cum bonis moribus, neque cum honestate, *liberum corpus hominum aestimari*, quod docemur in L. 3. D. si quadrupes fec. dic. (IX. 1). *Liberum corpus aestimationem non recipit.*

Vir. Cons. VINCENT tamen hanc sententiam reprehendit, et melius rem ipsam intelligit, dicens:

“Il ne s’agissait là que de la défense de confondre “dans les risques maritimes les Individus avec les marchandises. Il est facile de voir qu’il n’y a qu’une ressemblance de noms entre cette Assurance des personnes, et ce que l’on appelle Assurance sur la vie des

“hommes. Il est bien évident que la vie humaine n'est susceptible ni d'appréciation pécuniaire, ni de garantie. “Ce n'est pas la vie qu'on assure, c'est une somme que l'on promet en calculant la durée probable de la vie.”<sup>1</sup>

Usque ad finem saeculi praecedentis tamē haec Assecuratio super vita hominum prohibita fuit in Francia, et prohibere hunc Contractum primum desiere, anno 1787. Parisiis, Societas Assecurationis contra Incendium etiam assecurationes super vita hominum contrahere incipit, nomine scilicet, “Remboursement de capitaux assurés à l'Instruction des revenus viagers et autres usufruits,” et publica auctoritate comprobata est per Arrêt du Conseil d'Etat, 3 Nov. 1787 et 27 Juillet 1788.

In Codice Mercatorio, qui postea, anno 1807, promulgatus est, tantum de Assecuratione maritima agitur; de aliis Assecurationibus nihil caustum fuit. Illae Assecurations igitur hodieque in Francia reguntur statutis propriis, etiam variis publicationibus, quae de hac re datae fuerunt, praeterea ex analogia placitorum quae de Assecuratione maritima statuta sunt. Ita ex Art. 334. Cod. Merc. nonnulli probare volunt, Assecurationem super vita prohibitam fuisse, alii contrariam sententiam defendunt.

Nimirum in Articulo 334. Cod. Merc., legitur in fine, postquam legislator diversas res enumeravit quae assecurari possunt:

<sup>1</sup> Esprit du Code de Commerce. Tome IV. L. II. p. 75.

"Et toutes autres choses ou valeurs estimables à prix d'argent."

Illi, qui contendunt, placitum legis Franciae, prohibere hanc Assecurationem, dicunt, Art. 334 non solum convenire cum Art. 10 Ordonnance de la Marine 1681, sed etiam habere significationem latiorem. Ita censet LOCRÉ :

"Au reste la disposition a un sens plus étendu qu'on "ne le soupçonne au premier aspect." Ita etiam CORVETTO hunc Articulum interpretatus est. "Sa rédaction" (Art. 334. scil.) "a paru répondre avec une plus grande exactitude "a l'esprit des Articles 9 et 10 de l'Ordonn., qui per- "mettent d'assurer la liberté des hommes, et qui défen- "dent des Assurances sur leur vie. La liberté est esti- "mable à prix d'argent, la vie de l'homme ne l'est pas. "Cependant il y a une exception à ce second principe : "la vie des esclaves de la Guinée est estimable à prix "d'argent, quoique ce soient des hommes, car l'appli- "cation qu'on leur a faite de la jurisprudence Romaine "n'est pas allée jusqu'à leur refuser cette qualité. L'or- "donnance, en défendant en général l'Assurance sur la "vie des hommes, paroissoit, ou supposer que les nègres ne "l'étaient pas, ou proscrire l'assurance sur leur vie. La "rédaction écarte toute équivoque" <sup>1</sup>.

Alii vero contendunt non posse ex Art. 334 Cod.

<sup>1</sup> Procès Verbal du 8 Sept. 1807. Exposé des Motifs, n<sup>o</sup>, VI.

Merc. probari, hunc Contractum prohibitum esse. Dicunt nempe, cum Codex tantum agat de Assecuratione maritima, non possumus per analogiam interdictionem extendere ad illa quae per decreta Regis jam probata sunt. Ita QUÉNAULT<sup>1</sup>. "On est toujours fondé à soutenir "que la disposition du Code, ne peut avoir une portée "plus étendue que n'avait la disposition beaucoup plus "formelle de l'Ordonnance, et qu'il ne peut rendre nul- "les des Assurances qui étaient regardées comme licites "en 1787". Sic etiam GRÜN et JOLIAT<sup>2</sup>. "Le Code de Com- "merce ne répète pas cette prohibition de l'Ordonnance "de 1681, on a prétendu l'induire des termes de l'Article "334, qui porte que l'Assurance peut avoir pour objet "toutes choses ou valeurs estimables à prix d'argent. L'ar- "gument qu'on tire de ces expressions n'est évidemment "pas mieux fondé que l'objection puisée dans l'Ordon- "nance." Etiam scriptor Francicus TOULLIER<sup>3</sup> putavit, hanc Assecurationem non prohibitam esse in Francia, quoniam leges illam non prohibent, quoniam causam justam habet, denique quoniam in Articulo 1664, C. C. indicatur, alios contractus aleatorios exstare posse, praeter illos, qui ibi nominatim enumerantur.

Post rerum conversionem in Francia vero, denuo quaes-

<sup>1</sup> Traité des Assur. Terrestres, Chap. I, p. 10.

<sup>2</sup> Ibid., Chap. VII, p. 415 in Nota.

<sup>3</sup> Le Droit Civil Français, Tome VI, p. 119.

tio mota est, an licet contrahere Assecurationem super vita hominum, et tunc hoc concessum est. "Conseil "d'Etat, 11 Juillet 1818." Necesse mihi videtur, ut hocce loco tradam Responsum, quod datum fuit a Ministro regis qui rebus internis praefuit.

"Cet engagement, (en d'autres termes, l'assurance sur la "vie) peut-être autorisé, mais il ne doit pas être permis "d'assurer sur la vie d'autrui, sans son consentement.

"Ce genre de Contrats, peut être assimilé aux Contrats "aleatoires, que permet le Code Civil; il est même plus "digne de protection que le Contrat de Rente viagère: "c'est un sentiment bienveillant et généreux, qui porte "le souscripteur à s'imposer des sacrifices annuels pour "assurer aux objets de son affection une aisance dont "la mort pourrait les priver; la restriction proposée à "l'égard de l'Assurance sur la vie d'un tiers, s'explique "et se justifie d'elle même." Sed etiam postea sententia lata fuit a Tribunal urbis *Limoges*, 1<sup>er</sup>. Dec. 1836, qua omne dubium sublatum est, an valeat hic contractus. Magni momenti est, ut mihi videtur, hoc loco memorare causas, cur sententia hoc sensu lata fuerit.

"Attendu que les Art. 1104 et 1964, Cod. Civ. autorisent en général le Contrat d'Assurance, sans les spécifier "et en déterminer les règles; que seulement dans le Code "de Commerce, on trouve un Titre sur les Assurances "Maritimes, mais que depuis l'Ordonnance de 1681, on "chercherait vainement dans notre législation des prohi-

“bitions contre les Assurances sur la vie; qu'on doit d'autant mieux tirer la conséquence de ce que les Assurances sur la vie ne sont point défendues, qu'elles sont permises, qu'elles ont été autorisées par plusieurs Ordonnances Royales, sous les dates des 22 Décembre 1819, “11 Février, 12 Juillet 1820; qu'ainsi les tribunaux ne pourraient annuler une assurance de cette nature qu'autant que l'acte qui l'établirait renfermerait des dispositions contraires aux lois ou aux bonnes moeurs.”

Multae societates hocce tempore in Francia exstant, quae super vita hominum assecurationem contrahunt. Exempli gratia “Compagnie d'Assurances Générales sur la vie, 22 Décembre 1819. Compagnie Royale, 11 Février, 1820.” Ceterac.

§ 2.

*Quid juris de hac re in Anglia obtinuerit.*

Nescimus quo tempore Contractus Assecurationis super vita in hacce regione in usum venerint. Probabiliter, dixit scriptor Anglicus MARSHALL<sup>1</sup>, sensim sensimque usurpatos fuisse, sed tamen addidit, nunquam prohibitos, et semper per legis auctoritatem sancitos fuisse. Attamen certe scimus primam societatem conditam fuisse anno 1706,

<sup>1</sup> A Treatise on the law of Insurance, II, p. 772.

ab Episcopo THOMASIO ALLEN, regina Anna, et vocabatur “*Amicable Society*”. Sed primis temporibus arctis finibus circumscripta fuerunt hujus societatis negotia, quoniam pauci tantum Assecurationem contrahebant; anno 1762, vero, cum nova societas oriretur, nomine *Equitable Society*, latius extenta fuerunt, et nunc adhuc Societas illa exstat. Ad finem saeculi praecedentis, multae societas inveniebantur, et permagnus hodie est eorum numerus, inter quas enumerare possumus, *Pelican Life Insurance and Annuities*, *Roch Life Assurance*, *London Life Association*, *Provident Life Office* et aliae<sup>1</sup>.

---

§ 3.

*Quid juris de hac re in Neerlandia obtinuerit.*

Cum jam olim mercatura in patria nostra maxime exulta fuerit, non mirandum est, ibi Assecurationem, et praesertim maritimam, in usum venisse, et praecipuum locum obtinuisse. In Europa, post Italiam, primum in hac regione Legibus et Statutis sancita fuit.

Jam anno 1326, nonnulli contendunt, assecurationem maritimam exultam fuisse, quod demonstrare conati sunt, ex litteris scriptis a Comite Hollandiae, quae citantur in

---

<sup>1</sup> Multae aliae Societas Assecurationis super vita enumerantur in Specim. Jurid. Viri Cons. c. VAN HEUKELOM, p. 24.

MIERIS, Groot Charterboek, D. II, p. 393, in quibus hic princeps, qui conducere volebat naves, quibus Angli uterentur, statuebat, necesse fore ut aestimaretur pretium navium, si domini nempe obtinere vellent securitatem pretium recipiendi, eo casu, quo illae naves detrimen-tum caperent vi majore. Addidit tamen, pretium non eos recuperaturos esse, si naves interirent vitio funium, vel culpa nautarum. Attamen minime hoc pactum ad Assecurationem referre possumus, nam magis est considerandum tamquam exceptio in contractu locationis conductionis, ubi conductor non cogi potest, ad restitu-endam rem, si intereat vi majore; sed in quo, pactis expressis, huic obligationi se subjcere potest.

Sed anno 1570, PHILIPPO II regnante, statutum <sup>1</sup> hu-jus regis vim legis obtinebat, et Articulus XXXII con-tinet placitum quo prohibetur assecuratio super vita, hisce verbis. "En om te verhoeden de abuijsen, fraul-den, bedrogh en crijmen, die ghecommitteert zijn ghe-weest in de Asseurancien en versekerijnghen op 't le-ven van de lieden en persoonen; ook op weddijnghen "van reijsen ofte voijagien, en dierghelyke Inventien, "hebben wij alle dieselve gheprohibeert en verboden, "prohiberen en verbieden bij desen, als den ghemeijne

<sup>1</sup> Ordonnantie, statuift en Policie ghemaect bij den Coninck, on-sen aldergenaedigsten Heere, op 't feijt van de Contracten van de Versckerijnghen in dese Nederlanden, FILIPS, 1570.

“welvaart schadelick ende hinderlycke wesende ende van  
“quade exemplē.”

Eodem sensu etiam variae leges conceptae fuerunt,  
quibus prohibitae sunt assecurationes super vita. Sie in  
costumen<sup>1</sup> van Antwerpen, anni 1582, legitur. “Item  
“hoewel men van voor tijden plochte t' useren Asseu-  
“rantie op 't leven van persoonen, en de op eenige reij-  
“sen, en daarop recht te doen, zijn deselve asseuran-  
“cien, obligatien en weddingen, en diergelijcke Inventien  
“ghemaect op 't leven van persoonen, op eenighe reij-  
“sen, ofte voijagien, bij d'ordonnantie van den 20sten Ja-  
“nuarij, in 't jaer van XV<sup>o</sup> ende eenen zeventich, ver-  
“boden.”

Conferatur quoque “Ordonnantie op het stuk van As-  
“surantie van Amsterdam, 1598, Art. 24.”

“Ordonnantie van Middelburg, 30 Sept. 1600, Art. 2.

“Ordonnantie en Keure van Rotterdam, 1604, Art. 10.”<sup>2</sup>

Hae imprimis sunt leges quibus tales Assecurationes  
super vita prohibitae fuerunt. Usus frequens Assecura-  
tionum super vita, vel potius abusus hujus Contractus, qui  
eo tempore locum habebat in patria nostra, necessarium  
fecisse videtur legem, a PHILIPPO II latam, anno 1570, et Ce-  
terae (Cost. v. Antw. 1582), quibus illa species contractuum  
prohibita fuit. Lex autem ferri non solet de argumento

<sup>1</sup> p. 262, Art. 2.

<sup>2</sup> Verba non trado harum legum, quoniam eandem prohibitionem  
continent. Legi possunt in c. v. HEUKELOM, Diss. Cit., p. 20.

quod raro obtinet, sed quod plerumque locum habere solet. Non solum vero in hisce legibus, sed etiam in scriptis celeberrimorum Juris consultorum patriae nostrae, de hac re eadem placita inveniuntur.

Ita apud CORNELIUM BYNCKERSHOEKIUM<sup>1</sup>, cum quaestio agitatur, an civilis libertas recte assecuretur, legitur:

“Erunt fortasse, qui et libertatem recte assecurari ne-gabunt, quia legibus, quibus utimur, prohibentur *As-securationes de vita hominum.*”

Et apud HUGONEM GROTIUM<sup>2</sup>:

“Men mag alles doen verzekeren, uitgeseijt menschen leven, weddingen, loon van schippersgezellen, krijgs-luijden, ofte anderen.”

Cum Jus Patrium Nostrum imprimis ex Jure Romano ortum sit, et cum praecepta Juris Consultorum Romanorum tanti momenti fuerint in Jure nostro excolendo, mirandum non est etiam hac in re nos secutos esse Romanorum principia, et male interpretando adagium illud, “Liberum corpus aestimationem non recipit,” eo perductos fuisse ut etiam Assecurationem super vita prohiberemus.

Initio hujus saeculi vero etiam in hisce regionibus in usum veniebat, et publica auctoritate comprobata. Anno 1807, primum societas, nomine *Hollandsche Societeit van Levensverzekeringen*, contrahere incipiebat

<sup>1</sup> Quaestiones Juris Privati, L. IV, Cap. I, p. 527.

<sup>2</sup> Inleijd. tot de Holl. Regtsg., D. III van Inschult, Deel 24 van Verg.

super vita hominum, et hodie in Codice nostro Mercatorio, anni 1838, caput peculiare agit de hac specie Assecurationis.

Jam postea Societates multae ortae sunt, sed etiam multae abolitae fuerunt. Societas vero jam nominata semper super caeteros excelluit, et hodie etiam veterem laudem tuetur.

§ 4.

*Quid de hac re in aliis regionibus Europae  
cautum fuerit.*

Quod ad alias regiones Europae attinet, pro certo habere possumus, hocce tempore, in fere omnibus recepti esse juris, contractus Assecurationis super vita licitos esse. Ita, exempli causa, Codex *Wurtemburgensis* peculiaria placita continet de hac Assecuratione, quae valde conveniunt cum placitis legis patriae nostrae; etiam in Germania hodie societates inveniuntur quae hanc assecurationem contrahunt. Ita in urbe *Gotha*, anno 1829, in urbe *Leipzig*, 1830, in urbe *Hannover*, 1831, in urbe *Triest*, 26 Dec. 1831 et aliae, societates ortae sunt, sed maxima est illa societas quae in urbe *Gotha* exstat<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Conf. *Convers. Lexikon*, Achte Band, p. 617, seq., Leipzig, 1845.

et legatione et legatione. *Emtione et venditione.* Emissio  
emtione, emtione, emtione, emtione, emtione, emtione, emtione,  
futurumque et futurumque et futurumque et futurumque et futurumque  
emtione, emtione, emtione, emtione, emtione, emtione, emtione.

## CAPUT II.

### DE NATURA HUJUSCE CONTRACTUS.

Postquam itaque pro viribus conati sumus quaedam trac-  
tare de historia hujusce Contractus, necessarium nobis  
videtur, ut investigemus ejus Naturam. Itaque primo  
loco quaedam dicere oportet de Contractu Assecurationis  
universe, secundo loco de Assecuratione super vita pe-  
culiariter.

#### § 4.

##### *De Assecurationis Contractu universe.*

Multi Scriptores de Jure Romano et Germanico frus-  
tra conati sunt certam huic contractui assignare natu-  
ram; fuerunt qui hunc contractum pertinere statuerent  
ad Emptionem Venditionem, quoniam Assecuratus peri-  
culum rerum suarum vendidit illi qui suscipit resarc-  
tionem damni, quod res capere potest. Alii, et inter eos  
STRACCHA et POTHIERIUS imprimis, multos contractus enu-

meraverunt, qui similitudinem habent cum his contractibus <sup>1</sup>.

EMERIGONUS diversae sententiae favebat, dicens contractum assecurationis habere specialem naturam, ita ut creatus sit ex natura rerum. Haec sententia nimis vaga est, imprimis hocce tempore, quo melius naturam hujus contractus explicare possumus. Jam POTHIERUS <sup>2</sup> ad contractus aleatorios Assecurationem pertinere statuebat; et inter illos etiam hunc contractum enumerat, et Codex Francicus <sup>3</sup>, et noster <sup>4</sup>. Contractus enim dicitur aleatorius, quando actio, cuius eventus, quod attinet ad commoda vel incommoda contrahentium, vel unius eorum, pendet a casu incerto. Cum itaque assecuratio dici possit contractus, quo unus contrahentium suscipit periculum rei vel rerum alterius, et se obligat ad resarcendum damnum, quod illae res capere possunt, ea lege, ut alter contrahentium pecuniam vel pretium periculi antea sol-

<sup>1</sup> Ita dixit Pothierius in Traité des Assurances, p. 237.

C'est une espèce de contrat de vente.

Il est de la classe des Contrats intéressé de part et d'autre, et non de celle des contrats bienfaisans.

<sup>2</sup> Traité du Contr. d'Assurance, p. 235.

Les Contrats aleatoires sont ceux dans lesquels ce que l'on donne ou s'oblige de donner à l'autre, est le prix d'un risque dont il l'a chargé.

Il est évident que ce Contrat est de la classe des Contrats aleatoires.

<sup>3</sup> Art. 1964, Cod. Civ. Franc.

<sup>4</sup> Art. 1811, Cod. Civ. Néerland.

vat, optime convenit cum natura Contractus aleatorii, et rectissime a legislatore inter eos enumeratur. Cum itaque semper aliquid incerti occurrit, cum periculum a fato pendeat, valde periculosi sunt hi Contractus, et facile natura eorum mutatur, quamobrem semper strictissime observandum est, Assecurationes tantum inservire debere, ad resarcendum damnum, nunquam vero lucri faciendi gratia, eos contrahi posse.

Multae definitiones hujus Contractus propositae fuerunt: ita, exempli gratia, tempore antiquo, ab HUGONE GROTI<sup>1</sup>, Assecuratio vocabatur<sup>2</sup>: "een Overkoming, waer door "yemant op hem neemt het onseker gevaer dat een ander "hadt te verwachten: Denwelke wederom hem daer voor "gehouden is loon te geven." Omnes vero illae definitiones, quae a POTHIERIO<sup>3</sup> et PARDESSUS<sup>4</sup> datae fuerunt, convenient cum definitione, quae in Codice nostro Mercatorio, Art. 246, occurrit. Legislator Neerlandicus facultatem Assecuatoris magis extendit, cum etiam Assecurationem contrahi posse statuit, in eo casu quo quis lucro expectato carebit.

Quinque sunt Essentialia contractus Assecurationis.

- 1º. Ut adsint personae, qui contrahere possunt.
- 2º. Ut adsint res, super quas Assecuratio contrahi potest.

<sup>1</sup> Inleydinge tot de Holl. Rechtsgel., III, 24.

<sup>2</sup> Traité du Contrat d'Assur., Chap. I, Sect. I, N°. 2.

<sup>3</sup> Cours de Droit Commercial, I, N°. 5, 88.

<sup>4</sup> Of. gemis van verwacht voordeel, Art. 246, in fine Cod. Merc.

3<sup>o</sup>. Ut adsit periculum:

4<sup>o</sup>. Ut, si damnum evenerit, pecuniâ datâ sarciatur.

5<sup>o</sup>. Ut praemium solvatur.

Duac sunt personae, sive contrahentes, qui in contractu assecurationis occurrunt, quarum una vocatur *Assecuratus*, et ille est, qui rem habet quae in periculo versari potest, et altera quae se obligat ad hujus periculi indemnitatem solvendam, et *Assecurator* dicitur. Contrahentes debent esse sui Juris, qui jus habent de rebus suis statuendi pro arbitratu, nam si domini non sunt rerum suarum, non possunt contrahere assecurationem. Tamen cum PARDESSUS<sup>1</sup> credo, hoc Jus extendi ad eos, quorum aequa ac dominorum interest, res suas intacte servari, exempli causa usufructuarii, vel illi qui pro dominis agunt; itaque depositarius non habet Jus depositum assecurare, si non agit nomine domini, nam tunc est mandatarius et mandatum suum peragere ei licet.

Creditorem etiam posse assecurationem contrahere super rebus debitoris, nullum est dubium, nam vere dici potest, illius interesse, ne res detrimenti capiant. Jure antiquo Patriae nostrae quibusdam hominibus interdicebatur assecurationem contrahere, teste GROTIO<sup>2</sup>.

“Alle luyden mogen versekeren en haer laten versekeren, uitgenomen de Regters, gestelt over ’t stuk van

<sup>1</sup> Cours de Droit Comm., I, p. 592.

<sup>2</sup> Inleyding tot de Holl. Rechtsgel., III, 24.

“versekering en hare dienaers, alsook Tollenaers en Ma-  
“kelaers: Voorts, Wagenluyden, Voerluyden, Vragtluy-  
“den en mogen noch versekeren; mogen ook hare Wagens,  
“Karren ofte Paerden niet late[n] versekeren, dan onder de  
“helst van de Waarde van dien, maar haer loon geensints.”

Ita olim etiam in Francia, sic ut legitur apud Po-  
THIERIUM<sup>1</sup>.

“L’Article 68 du Titre d’Assurances fait defenses a tous  
“les greffiers de Police (Officiers créés par édit de 1657,  
“pour payer les Polices d’Assurance), Commis des cham-  
“bres d’Assurance, notaires, courtiers, censaux, de faire  
“aucunes polices dans lesquelles ils soient interessées di-  
“rectement ou indirectement, par eux-mêmes, ou par  
“personnes interposées, et de prendre transport des droits  
“des Assurés”

Quod ad legem nostram attinet, etiam quibusdam ho-  
minibus interdictum est contrahere Assecurationes; nam  
cum Assecuratio etiam pertineat ad eas res, quae in Art.  
4, N°. 10, C. M., enumerantur, nomine actuum commerci-  
alium, proxenetis interdictum est contrahere Assecurati-  
ones. Tamen omnino distinguendum est, an Assecurationes  
contrahat lucri faciendi gratia, an vero res suas assecuret,  
ad damnum resarcendum, quod ex periculo oriri potest.  
Nam requiritur omnino frequentia actuum ut in Art. 2,  
God. Merc. legitur.

<sup>1</sup> Traité du Contr. d’Assurance, Chap. II, N°. 91.

Deinde omnibus interdictum est, qui in Art. 1366, Cod. Civ. enumierantur, tamquam inhabiles ad contractus ineundos. Nempe minorennes, qui in curatione sunt, uxores<sup>1</sup>, et omnes quibus interdicta est facultas contractuum ineundorum.

Non tantum privati homines Assecratores esse possunt, sed etiam Societates, et vulgo, hocce tempore, societates in hocce contractu Assecratores sunt, cum illae tantum negotia tam vasta et tam incerti eventus suscipere possint et prae privatis hominibus majorem securitatem Assecratis afferant.

Harum societatum quaedam dicuntur mutuae, quando omnes Assecrati periculis omnibus communibus se subiiciunt, et inter se conveniunt ad resarcendum damnum mutuum, et itaque simul et Assecrati et Assecratores sunt. Aliae vero, aequae ac privati homines, Assecrationem contrahunt; modo societas majorem securitatem praestat, quoniam quaecunque societas habere debet pecuniam reservatam, et etiam cum plures sint Assecrati, qui omnes societati praemium solvere debent, ex iis etiam damnum resarcire possit.

20. Diximus requiri:

Ut res adsint super quas assecuratio contrahi potest.

Res debent existere tempore quo assecuratio contrahitur, nam, si non exstant, nulla est causa cur illam contra-

<sup>1</sup> Conf. Art. 163—173, C. Civ.

heremus. Res illius conditionis esse debent, ut aestimari possint, nam si pretium nesciamus, non possumus convenire de pecunia solvenda, postquam periculum locum habuit. Sed imprimis requiritur, ut res in periculo versari possint, nam contractus assecurationis imprimis spectat ad resarcendum damnum, quod e periculo oritur. Itaque omnino cum QUÉNAULT<sup>1</sup> dicere possumus:

"La légitimité du Contrat d'Assurance tient, comme "on le voit, à ce caractère essentiellement réparateur, "en considération duquel les anciens auteurs avaient "défini l'Assurance: *Aversio periculi.*"

Denique res interesse debet Assecurati, nam si rei interitus illius non interest, non potest *periculum* assecurare, quoniam damnum pati non potest, et non amplius fuerit assecuratio sed alea.

3º. Ut adsit periculum, etiam Essentiale est hujus contractus.

In omni Assecuratione periculum occurtere debet, nam sine periculo nulla est Assecuratio. Genus Assecurationis pendet a periculo, contra quod Assecuratio contrahitur, et tot sunt genera Assecurationis, quot habentur diversa pericula. Contrahitur, exempli causa, assecuratio contra pericula incendi, contra ea quae fructibus agriculturae impendent, super vita unius vel plurium hominum, contra pericula maris et servitutis, denique contra pericula

<sup>1</sup> Traité des Assurances Terrestres, p. 4.

quibus exponuntur res, cum per aquam et terram videntur, et multa alia<sup>1</sup>. Periculum semper oriri debet ex casu incerto et vi majore, nunquam resarcitur damnum ex eo periculo, quod oritur ex facto hominis, qui de re sua assecurationem contrahit; nunquam etiam contra id periculum quod e re ipsa oritur, (exempli gratia contra damnum, quod capere possunt, quae usu consumuntur, vel quae ex natura ipsa minuuntur). EMERIGONUS<sup>2</sup> recte dixit: "Il serait en effet intolérable, que l'Assuré s'indemnisat sur autrui d'une perte dont il serait l'auteur." Necesse est ut non magis pendeat a voluntate unius quam alterius contrahentis. Licet in contractu Assecurationis bona fides semper praecipuo loco haberi debeat, tamen, quod periculum attinet, necesse est, ut hoc periculum, antequam contrahitur, describatur; quod in ceteris Assecurationibus, verbi causa maritima, saepe difficultimum est. In nostra assecuratione vero super vita non ita necesse est, cum periculum semper certum et definitum sit, nempe mors.

Jam diximus, damnum non esse resarcendum, quod assecuratus passus est ex facto ipso, sed quaestio agitari potest, an etiam teneatur Assecurator de damno quod passus est Assecuratus ex factis illorum, de quibus praes-

<sup>1</sup> Exstabat in Francia Societas quae super vita equorum contrahebat. Ordonnance Royale, 16 Juin, 1821.

<sup>2</sup> Chap. I, Sect. 2.

tare debet; exempli causa liberi, et aliae personae quae in Art. 1403 Cod. Civ. enumerantur. Apud nos haec quaestio sublata est, cum codex Mercaturae in Art. 290 statuit: Assecuratorem teneri ad resarcendum omne damnum, quod locum habet, etiam culpa personarum quae sub potestate Assecurati sint. In Francia vero de hac re dubitaverunt, cum nonnulli ex Art. 353, Cod. Merc. Franc. "L'Assureur n'est point tenu des prévarications "et fautes du capitaine, etc." probare conati sunt, non teneri Assecuratorem, si damnum ortum sit ex factis eorum, de quibus praestare debet. Alii vero, et me iudice recte, cogitant, hoc esse non extendendum ad Assecuraciones contra Incendium, quoniam satis frequenter imprudentia et negligentia eorum, qui praeter Assecuratum domum habitant, causae sunt damni. Hanc ob rem TOUILIER<sup>1</sup> credit, quaedam de hac re in Polizza esse inferenda. "Nous croyons donc que la prudence exige, "qu'un sage père de famille ne fasse point assurer sa "maison, à moins que la compagnie ne consente à insérer dans la Police une clause, par laquelle elle se "chargera, non seulement des incendies arrivées par cas "fortuit, mais encore par la faute de quelque personne "que se soit, à l'exception des fautes personnelles de l'Assuré."

PARDESSUS<sup>2</sup> tamen credit, semper teneri Assecurato-

<sup>1</sup> Le Droit Civil Français, T. XI, p. 177.

<sup>2</sup> Cours de Droit Commercial, I, N°. 590.

rem, etiam de factis personarum, qui sub potestate Assecurati sunt. "Il est presque impossible que les maîtres exercent sur leurs domestiques une surveillance telle, qu'ils puissent prévenir tous accidents. C'est précisément pour obtenir la réparation d'un dommage, auquel la nature des choses les expose si souvent, bien plus contre les risques de la foudre ou des évènements extérieurs, qu'ils consentent à payer une prime à des Assureurs."

Ceterum Assecutor periculum totum cognoscere debet, atque omnia ea quae ad eum pertinent, quamobrem saepe in Polizza Assecuratus debet enumerare omnia ea quae scire oportet assecuratorem.

Periculum incipit et finem habet intra tempus de quo contrahentes convenere, et saepe in Polizza indicatum est. Necesse vero est, ut non solum locum habeat, sed etiam ut perfectum sit intra hoc tempus.

4º. Cum Assecuratus solvere debeat praemium, ab altera parte etiam Assecutor praestare debet pecuniam ad resarcendum omne damnum, quod locum habuerit. Hoc etiam est Essentialis contractus assecurationis. Quaestio in Francia mota fuit, an Assecutor damnum resarcire deberet secundum rerum conditionem tempore quo contractus initus sit, an vero secundum conditionem tempore quo periculum locum habuerit. Variae fuerunt sententiae in Francia Scriptorum de Assecuratione, sed plerique conveniebant, damnum esse resarcendum, se-

cundum conditionem rerum tempore periculi. Apud nos vero haec quaestio sublata fuit, nam in Polizza convenire debent partes de pecunia solvenda, sic ut legitur in Art. 256, n<sup>o</sup>. 4, Cod. Merc. "Het bedrag der "som, waarvóor verzekerd wordt." Etiam Assecuratus circumscribere debet rem Assecuratam (cf. Art. 256, n<sup>o</sup>. 3, Cod. Merc.) et omnia illa quae interesse possunt Assecuatoris (cf. Art. 256, n<sup>o</sup>. 8, Cod. Merc.).

5<sup>o</sup>. Praemium solvere etiam essentiale est assecurationis contractus.

Huc pertinet ut animadvertisamus, ad substantiam hujus contractus pertinere, licet minus recte dici possit inter ejus essentialia esse enumerandum, ut praemium assecurationis constituatur.

Jam antea diximus, contractum assecurationis esse contractum aleatorium: cum itaque periculum extare debet in hoc contractu, etiam necesse est aliquid solvatur pro periculo, et hoc dicitur *Praemium*. Ita vocatur quoniam, teste POTHIERIO<sup>1</sup>, solvitur *primo* et ante omnia, etiam ante profactionem navis, quae in Assecuratione maritima est initium periculi. In *Ordonnance de la Marine*, anni 1681, Art. 6. Titre des Assurances, jam legimus:

"La prime ou coût de l'Assurance sera payée en "son entier lors de la signature de la police." Cum praemium itaque sit pretium periculi, necesse non est

<sup>1</sup> *Traité du Contrat d'Assurance de la prime*, N<sup>o</sup>. 81.

ut constet pecunia numerata, etiam aliis rebus constare potest, e. gr. mercedibus et operibus aestimatis. Nam sufficit, ut recte dixerunt GRÜN et JOLIAT<sup>1</sup>,

“qu'un bénéfice certain ou espéré compense pour l'Assureur les risques dont il se rend garant.”

Tamen pertinet ad substantiam hujus contractus, ut Assecuator et Assecuratus conveniant de praemio. Modus quo Assecuratio contrahitur, efficit ut differat quantitas praemii, nam si est Assecuratio quae dicitur *pro praemio*, tunc quantitas est certa, si vero Assecuratio est mutua, tunc praemium constat illo quo quis tenetur ad resarcendum damnum, quod reliqui socii pati possint.

Denique requiritur in hoc Contractu, aequum ac in omnibus qui consensu constant, consensus utriusque contrahentis, ut rectissime dixit POTIERUS<sup>2</sup>.

“Le consentement des parties contractantes, sur toutes les choses qui composent la substance du Contrat, est de l'Essence du Contrat d'Assurance, de même que de tous les autres Contrats.”

Jam vidimus, quaenam sint Essentialia Contractus Assecurationis, nunc nobis dicendum restat quibus modis, vel potius qua forma, ineatur.

Olim non tantum literis, sed etiam verbis contractus Assecurationis iniri poterat. Cum Contractus verbis ini-

<sup>1</sup> Traité des Assur. Terr., p. 242.

<sup>2</sup> Traité du Contr. d'Assurance. Chap. I, n°. 3.

tur, dicitur Assurance en Confiance, sic ut legitur in  
Ordonn. de Burgos 1537. Art. 47.

Consensu initur, sed necesse est ut etiam Polizzae sub-  
scribatur, quia per hanc solam solet fieri probatio Contractus; haec barbara vox *Polizza*, aequa ac Belgica  
vox *Polis*, derivatur, secundum opinionem nonnullorum,  
a voce *Pollicitatio*.<sup>4</sup>

Haec Polizza omnia continere debet, quae ad Contractum pertinent, et omnia ea de quibus contrahentes  
inter se convenerunt; debent huic Polizzae nomina sua  
subscribere contrahentes; ab hac subscriptione tamen  
non incipit tempus contractus, nam etiam tempus initii  
indicatur in Polizza, et saepe, ut etiam apud nos, ante  
subscriptionem contrahentium initium habet. Art. 257.  
Cod. Merc.: "De overeenkomst van verzekering bestaat,  
"zoodra dezelve is gesloten; de wederzijdsche regten en  
"verpligtingen van den verzekeraar en van den verze-  
"kerde nemen van dat oogenblik hunnen aanvang, zelfs  
"vóór dat de polis is onderteekend."

<sup>4</sup> Cujacius originem vocabuli *polizza* repetendam esse existimat a Graeca voce ἀπόδεξις. Conferatur de hac etymologia J. F. GRONOVIS Observationum. Lib. IV. cap. 13. (p. 114. edit. a. 1652).

§ 2.

*De Assecuratione super Vita peculiariter.*

Cum jam pro viribus juvenalibus tractare conati simus principia generalia contractus Assecurationis, nobis nunc investiganda sunt ipsius Assecurationis super vita principia, quae ita vocata est, quoniam in illo Contractu vitae finis est periculum, contra quod Assecuratio contrahitur.

Jam antea diximus Assecurationem super vita prohibitam fuisse in Patria nostra et in Francia; nobis nunc tradendae sunt causae ob quas ita antea prohibita fuerit. Dicebatur nempe, naturam periculi non convenire cum bonis moribus, quoniam vita hominis aestimari non potest, quod demonstare conati sunt ex regula Juris Romani.

“Liberum corpus aestimationem non recipit.”<sup>15</sup>

Sed hic, et omnino in multis juris locis, valde periculosum est, ex placitis Juris Romani aliquod probare quod ad Jus nostrum pertinet, si nempe non consideretur quo sensu et qua occasione fragmentum, vel lex, scripta sit, et non simul attendatur quaenam sit conditio temporis, et quinam sint mores atque consuetudines, qui viguere eo tempore, quo illud scriptum fuerit; tunc minus recte fragmentum ejusmodi citatur vel ap-

plieatur, nam pendent leges et jurisprudentium opinio-  
nes a temporibus quibus scribuntur. Itaque non tan-  
tum legere debemus haec verba citata ex Fragm. 3,  
D. Si quadr. paup. fec. dic. (IX. 4) sed, etiam totum  
fragmentum.

“Ex hac lege jam non dubitatur, etiam liberarum  
“personarum nomine agi posse: forte si patrem familias  
“aut filium familias vulneraverit quadrupes scilicet, ut  
“non deformitatis ratio habeatur, cum liberum corpus  
“aestimationem non recipiat, sed impensarum in cura-  
“tionem factarum, et operarum amissarum, quasque amis-  
“surus quis esset, inutilis factus.”

Ex hisce verbis patet, Romanos etiam aestimare dam-  
num quod ex vulneratione hominis occurrit, et omnia  
ea quae ex morte alicujus oriuntur, quae familiae suae  
nocere possunt, et minime aestimationem fieri vitae vel  
corporis hominis, quoniam liberum corpus aestimationem  
non recipit.

Ita etiam haec Assecuratio nunc apud nos et etiam  
secundum Jus Francicum hodiernum considerata est;  
non est corpus hominis quod aestimatur, nam hoc om-  
nino, confiteor, minime congruit cum bonis moribus,  
neque vita, quae aestimari non potest; sed tantum in  
hac Assecuratione consideratur vita hominis ratione com-  
modi et lucri quod tempore vitae inde percipitur et  
quod amittitur vel morte vel quoconque alio temporis  
momento e vita hominis, quod in contractu ponitur.

Et hoc genus contractus non esse contrarium veris principiis Juris, neque bonis moribus omnino contendit. Nusquam enim in toto Codice nostro placita legis inventimus, quae vetant contractum inire de damno resarciendo, quod quis patitur ex morte alicujus, sive patris, sive alius. Et recte legislator, nam justi sensus, qui cuique innatus est, et secundum quem solum investigare possumus, quid juris an injuria sit, nobis lucide ostendit, contractui tali assecurationis super vita, nihil inesse justitiae contrarium, cum neque corpus liberum aestimatur, neque aliquid contra bonos mores fieri dici potest; sed modo contrahitur de damno resarciendo, quod oriri potest ex morte alicujus, et cum illa mors non venit nostra culpa, sed voluntate *Dei*, de damno inde orto resarciendo contractus nullo modo improbari potest.

Alii adversarii hujus Contractus, et inter eos EMERIGONUS, ostendere conati sunt, iniquum esse contractum Assecurationis super vita, quoniam vita hominis emi et vendi non potest, et objectum Commercii nunquam esse potest. “La vie de l’homme n’est pas un objet de Commerce et il est odieux que sa mort devienne une spéculation mercantile.”

Sed minime hisce argumentis assentiri possumus; jam antea diximus, Assecurationem nunquam esse posse modum acquirendi, sed tantum inservire ad avertendum et resaciendum damnum, itaque non opus est, ut res de

qua Assecurationem contrahere velimus in commercio sit; si modo damnum quod resarcire debet assecuator, aestimari possit. In assecurazione super vita, recte dicunt vitam hominis non esse in commercio neque aestimari posse, sed ipsa vita non assecuratur, sed damna quae oriuntur e vita amissa sive morte; sic sufficit in hac assecurazione ut aestimari possit damnum quod oritur e morte illius super cuius vita contrahitur. Ita etiam dixit PARDESSUS. “Il est vrai que la vie de l’homme ne peut “pas être vendue pour une somme d’argent quelconque, “mais de ce qu’elle n’est pas susceptible d’estimation “sous ce rapport, il ne faut pas en conclure que l’on “ne puisse pas estimer le tort que fait la mort d’une “personne. Lorsque par un crime, par un accident quel-“conque la vie a été ôtée à quelqu’un, ses héritiers ont “droit, contre l’auteur de sa mort, à des dommages et “intérêts et assurément ils n’avaient pas le droit de ven-“dre la vie de celui dont la mort leur procure ses in-“demnités.”

Alii vero dicunt non convenire cum bonis moribus, quoniam mors hominis non potest esse causa contractus. Hoc verum foret, si aequa ac in contractu de redit. vitae, lucrum acciperetur tempore mortis, et itaque mors causa lucri esset; sed in hoc contractu ambarum personarum interest, ut persona super cuius vita contrahitur, diu vivat; nam tempore mortis Assecuator debet damnum resarcire, et ab altera parte hoc tempus pro Asse-

curato, qui super vita sua vel super vita tertii Assecu-  
rationem contrahit, dici non potest fortuna secunda, nam  
si contrahit super vita propria, damnum resarcitum non  
ipse recipit, sed liberi vel heredes, et si contrahit super  
vita tertii, tantum indemnitatem recipit damni, ex quo  
lucrari numquam potuit, quoniam tunc amplius assecu-  
ratio non foret. Fuerunt etiam qui hunc contractum  
repudiarent, quoniam timent ne locum daret ad delicta  
committenda. Et hoc delictum committi credebant in  
persona assecurati; timebant nempe ne interficeretur ab  
assecuratore. Sed falsa est illa argumentatio, nam, aequo  
ac in omni assecuratione, tempus periculi nunquam pro-  
desse potest assecuatori, sed semper illi nocet, quare  
cogitare non possumus, ut ipse auctor periculi foret. Et  
puta hoc locum habere, vel tum propter hoc factum  
illicitum usum hujus Contractus improbare non posse-  
mus: abusus enim non tollit usum, et quia sclesti ho-  
mines hoc contractu abuterentur, non est, cur aequo ho-  
nestis hominibus occasionem adimeremus hoc contractu  
ntendi.

Denique objectio facta est, assecurationem super vita  
non esse assecurationem sed aleam. Hoc imprimis olim  
objectum est: assecuratio super vita peculiarem contractum  
non efficiebat, et inter sponsiones mercatorum enumera-  
batur, quibus usi sunt ad lucrum faciendum, sed minime  
nunc haec argumenta sunt admittenda, cum hodie sit  
contractus quo nosmet ipsos tuemur ab incerto periculo.

Optime de hac re monuit Francicus scriptor PARDES-  
sus<sup>1</sup>. "L'Assurance est une gageure lorsque l'assuré n'a  
"aucun intérêt à l'Assurance; ainsi il y aurait gageure,  
"si Pierre, qui n'a aucun intérêt à ce que Jacques vive  
"tant d'années, faisait assurer la vie de ce dernier. Mais  
"Pierre a obtenu à la Martinique l'emploi de directeur  
"d'une plantation, avec 3,000 fr. d'appointemens par an,  
"pendant cinq ans, et la promesse après ce temps d'un  
"capital de 100,000 fr. S'il meurt dans la traversée ses  
"espérances sont perdues pour lui et pour sa famille. Il  
"engage Paul à se rendre assureur de sa vie, c'est-à-  
"dire, à s'obliger, moyennant telle prime, à payer à ses  
"héritiers telle somme, s'il meurt pendant telle durée de  
"temps. Les conditions requises pour une assurance s'y  
"trouvent: Paul s'oblige à payer une somme si Pierre  
"périt, et s'il ne périt pas, il gagne sans aucune dépense,  
"la prime convenue."

Ex hoc exemplo videre possumus, assecurationem su-  
per vita non esse aleam, sed veram assecurationem, si  
nempe vita assecurati intersit assecurantis. Hae itaque  
sunt objectiones praecipuae quae moventur contra hunc  
contractum<sup>2</sup>, sed simul vidimus eas non oriri, ex na-

<sup>1</sup> Cours de Droit Commerc. I. n<sup>o</sup>. 589.

<sup>2</sup> Minus recte scriptor Anglicus Marshall. O. c. II. p. 772., interdictionem hujus Contractus olim in Francia alii causae attribuit, dicens:

tura ipsa Contractus, sed e falsis argumentis quibus usi sunt scriptores<sup>1</sup>. Omnes profluunt ex errore sententiae vitam esse causam et objectum contractus, et non esse damna quae ex fine vitae sive morte oriuntur. De hoc errore jam convenere viri docti<sup>2</sup>, et nunc apud fere omnes populos cultos Europae sententia recepta est, esse contractum qui cum bonis moribus convenit, et valde esse commendandum propter moralitatem et propter hoc commodum quod occasionem hominibus offert, non solum sibi sed etiam liberis vel omnibus illis quos amant, fructus e labore suo praestandi.

Magnopere itaque facio cum DALLOZ<sup>3</sup>: "Ce Contrat "a pour objet de conjurer les risques de mortalité; son

"The French say, it is an offence against public decency to set  
"a price upon the life of a man particularly on the life of a free-  
"man, which is above all valuation. Thus glossing over, with a  
"fine sentiment of policy which could not be mentioned, without  
"conveying an insinuation, to the discredit of the national character."

<sup>1</sup> Quae imprimis mota sunt in opere scriptoris Francici FAYARD de L'ANGLADE, Répertoire de Législation V Assurance. BOULAY PATHY, Cours de Droit Commercial. III. p. 366 seqq.

<sup>2</sup> Exempli gratia. TOULLIER, Droit Civil Français. VI. n°. 182. QUÉNAULT. p. 8. PARDESSES, I. n°. 589. GRÜN et JOLIAT, n°. 367. Journal des Assur. I. p. 289. PERSIE, n°. 264. Themis, V. p. 339. MARSHALL, II. p. 771.

<sup>3</sup> Répertoire Méthodique et alphabétique de Doctrine et de Jurisprudence. V. p. 311.

“but est énormément moral, il offre à l’homme le moyen de travailler non seulement pour lui seul, mais encore pour les personnes qui ont droit à ses affections ou dont les intérêts sont engagés avec les siens. C’est un acte de sage prévoyance, de sollicitude, d’économie, de bonne administration. Aussi le gouvernement doit-il l’encourager, comme présentant des avantages sociaux et politiques incontestables.”

Et etiam GRÜN et JOLIAT<sup>1</sup>. “Ce Contrat prend sa source dans les sentiments les plus honorables à la société.”

Et ne id miremur, nam multae res, et etiam vita hominum, in periculo versari possunt, et magis laudandum quam vituperandum est, quod aliquis conetur indemnitatē recuperare quando periculum locum habuerit.

Ita, exempli gratia, recipio quotannis ab aliquo pecuniae quamdam summam usque ad ejus mortem, de qua vivere debo; si nunc assecurationem contraho super vita hujus hominis, et quotannis aliquam partem hujus pecuniae summae secerno ad solvendum praemium, post mortem indemnitatē recuperare potero de damno quod mihi illo tempore accidit. Ita etiam creditor potest assecurationem contrahere super vita debitoris, et multi alii adsunt casus, quos tamen hoc loco memorare non possumus, quoniam tantum agimus de natura con-

<sup>1</sup> Traité des Assurances Terrestres, n°. 367.

tractus assecurationis super vita. Verba scriptoris Germanici <sup>1</sup> solum tradere volo, dicentis postquam multa exempla hujus contractus usus attulit.

“Die Obigen Beispiele zeigen zur Gnüge, das die “eigentliche Lebensversicherung auf mannichfache Weise “angewendet werden könne, überdem gibt die Verket-“tung des menschlichen Lebens der Verhältnisse so viele, “das es unmöglich wird, alle Fällen auf zu zählen in “welchen die entsprechenden Versicherungsarten ihren “Nützen leisten.”

Cum itaque demonstare conati simus, assecurationem super vita non amplius prohibitam esse et naturam contractus convenire cum bonis moribus, nunc ostendere in animo habemus, quomodo cohaereat, et quando differat a contractu assecurationis in genere, sic dicto. Antea vero quaedam sunt praemonenda, de modis quibus hic Contractus contrahatur. Assecuratio super vita dici potest Contractus, quo assecuratus, cum se indemnem prae-  
stare velit a detrimento capiendo morte alterius personae, quotannis vel semel pecuniam solvit, ea lege, ut alter contrahens (assecuator) se obliget ad solvendam pecu-  
niae quamdam summam vel praestationem annuam, quando assecuratus damnum, de quo convenerunt, passus est. Stipulari autem etiam debent, an assecuratio contrahatur

---

<sup>1</sup> H. BLEIBTREU, Zweck und Einrichtung des Lebensversicherungsanstalten. p. 53.

super tota vita, vel an tunc modo damnum resarcendum sit, si assecuratus intra certum et definitum quodam temporis spatium moriatur. Ex hac definitione vidimus duplici modo contrahi hanc assecurationem, quod ad tempus Contractus attinet.

1<sup>o</sup>. Contractus qui totam vitam complectitur, et

2<sup>o</sup>. qui solum partem vitae continet.

Quod ad partem primam attinet, cum assecuratio facta est super tota vita, facile intelligitur, damnum locum habere tempore mortis Assecurati et tunc solvendam esse pecuniae summam, ut damnum quod ex illa morte oritur, resarciantur.

Quod ad secundam partem attinet, quando assecuratio facta est super parte vitae, distinguere debemus, an conditio facta sit, ut pecunia solveretur, quando nempe assecuratus moritur inter spatium temporis definitum, an vero quando supervivat. Haec ultima species a Gallis vocatur *Assurance différée*. Minime, me judice, convenit cum natura contractus assecurationis, sed potius ad alius pertinet: Pecunia ea quam solvere debet Assecuator, in hac specie Contractus non inservit ad damnum resarcendum, quod ex morte oriri potest, sed magis ad recipiendam majorem summam pecuniae, si periculum locum non habet, nempe si supervivit. Itaque omnino facio cum QUÉNAULT <sup>1</sup>, dicente:

<sup>1</sup> *Traité des Assurances Terrestres*, n<sup>o</sup>. 16.

“Le placement à fond perdu, que l'on nomme *An-nuité différée*, ne rentre ni dans le Contrat de Rente “Viagère, ni dans le Contrat d'assurance. Au lieu de “nous présenter l'échange d'une somme contre une chose “ou contre un service réel, il ne nous présente que l'é-“change d'une somme contre le simple risque d'en payer “une plus forte si tel évènement arrive.”

Et omnino Contractus qui ita factus est, ut non damnum resarcitur super iis rebus quarum detrimentum illo contractu non est resarcitio, vera non est assecuratio. Licta tamen erat haec species assecurationis in Francia, ut patet ex statutis societatis, quae probata fuerunt per Arrêt. du Conseil 27 Juillet 1788.

Diverso modo vero contrahitur assecuratio super vita, quod ad Conditiones hujus Contractus pertinet, nempe:

- 1º. Super una vita.
- 2º. Quando e duabus personis, una alteri supervivit.
- 3º. Super vita juncta duarum personarum.

4º. Prima species magis est simplex, cum in illa assecuator, sive societas Assecurationis, tenetur ad solvendam pecuniam assecuratam post mortem illius super cuius vita assecuratio facta est, tunc pecunia solvenda est indemnitas detimenti quo capiunt liberi vel heredes, et ille, qui personae assecurati interest. Non plane aleatorius, aequa atque aliae assecurationes, est hic

Contractus, nam tempus mortis incertum est, sed semel locum habere debet.

2<sup>o</sup>. Secunda pars, quae a Gallis dicitur *Survivances*, ab Anglis vero *Survivorships*, locum habet, quando pecunia assecurata solvit, morte unius personae, ea lege, ut hocce tempore alia persona designata vivat.

3<sup>o</sup>. Pars tertia, quae a Gallis dicitur *Vies Réunies*, ab Anglis *Joint-Lives*, constat assecuratione mutua duarum personarum, exempli causa, inter conjuges; ambo solvunt praemium assecurationis, et societas, sive assecuator, debet pecuniam assecuratam solvere uxori, quando maritus prius mortuus est, marito vero quando ille uxori supervivit.

Restat nobis, ut animadvertisamus, aequa ac in reliquis assecurationis contractibus occurrere duas personas, assecuratorem et assecuratum; in Francia tamen tres contrahentes sunt, in casu quo assecuratus super vita tertii contraxerit, cum hic tertius consentire debeat<sup>1</sup>, quod apud nos non requiritur, ut postea videbimus. Assecuratus vero assecurationem contrahere potest super propria sua vita, sive super vita alterius, sed tunc vita tertii illius interesse debet.

Quaestio agitata fuit, quando assecuratio contrahitur per tempus definitum, an dies primus et ultimus etiam ad assecurationem pertineant, et convenerunt scriptores

<sup>1</sup> Instruction du Ministre de l'Intérieur 11 Juill. 1818.

eos etiam dies esse numerandos. Huic sententiae etiam favebat scriptor Anglicus MARSHALL<sup>1</sup> dicens.

“A question which has often puzzled lawyers, namely, whether a period of time, to commence from “the day of the date, was inclusive or exclusive of “that day, occurred in an action upon a policy upon “the life of sir ROBERT HOWARD, for one year, from the “day of the date thereof, which was the 3d of September “1697. Sir ROBERT died on the 3d of September “1698, at one o’clock in the morning. Lord c. J. HOLT “held that, from the day of the date “excludes the day, “but” from the date includes it; and therefore, the day “of the date being excluded in this case, the insurer “was held liable.”

Postquam itaque vidimus, quaenam sit natura hujus Contractus, et quibus modis contrahatur, nobis animo-  
ventendum est, quomodo cohaereat atque differat ab aliis contractibus assecurationis, et a principiis generalibus assecurationis, capite II. § 1. expositis.

Quod ad naturam hujusc Contractus attinet, jam statim discriminem appetet. Antea jam diximus hunc Contractum pertinere ad illos, qui in Codice civili *aleatorii* dicuntur, quoniam in illis periculum occurrit, et eventus contractus pendet ab eventu incerto, cum tempus illius eventus non solum incertum sit, sed etiam incertum

---

<sup>1</sup> A. Treatise on the Law of Insurance, II. p. 781 et 782.

sit an locum habiturus sit, nec ne. In Contractu assecurationis super vita, et imprimis quando super tota vita contrahitur, incertum est tempus quando persona assecurata moritura sit, et propter hanc causam contractus est aleatorius, sed certe locum habere debet mors, et itaque alea non aequa magna ac in aliis assecurationis speciebus; si vero contrahitur super parte tantum vitae, alea major est, et fere aequa magna ac in caeteris assecurationis contractibus, puta, contractum assecurationis contra Incendium. Quam ob causam magis difficile est, quantitatem praemii definire, quae non solum ab aestimatione commodi et lucri quod quis percipit ex illa vita, sed etiam ab illius longitidine pendet? Quod ad aestimationem vitae attinet, certa est regula: tanti pretii alicujus vita est, quanti alterius interest ut vivat; quod ad longitudinem vitae attinet, observari debet, an etiam adsint causae physicae, quae locum dare possunt ad mortem maturam; et etiam consultandae et conficiendae sunt tabulae mortalitatis. Eae tabulae conficiuntur e tabulis, ubi inscriptae sunt personae, quae nascuntur et moriuntur; varia itaque est quantitas praemii, secundum varietatem aetatis personarum super quarum vita contrahitur, etiam ad sexum et valetudinem attendendum est. Ita exempli gratia in Anglia, in Francia et etiam in patria nostra, societates diversae postulant a personis, super quarum vita contrahitur, ut praebeant documenta, ex quibus patet, eas

*vaccinatas* fuisse vel habuisse *variolas*, et praeterea rogatur an causa aliqua adsit, qua timeri possit ne mature moriturae sint<sup>4</sup>.

CHRISTIAN HUIGENS nostras, qui vixit tempore MAURITII, principis Arausiaci, primum confecit illas enumerationes, et methodum de probabilibus computandis, et secundum eas, anno 1693, confecit HALLEY tabulas mortalitatis urbis Breslaviae. Postea etiam alii illas confecerunt, et e patria nostra nominari licet JOANNES HUdde, qui urbi Amstelaedamensi quandam praefuit et JOAN DE WIT, in opere. "Over de waardij van lijfrenten in proportie van losrenten, 1671," quod etiam laudatur a scriptoribus peregrinis. NICOLAAS STRUYCK, "gissingen over den staat van het menschelijk geslacht, 1740. Uitrekening van de Lijfrenten. Nadere ontdekkingen nopens den staat van het menschelijk geslacht, 1753." Illas enumerations imprimis confecit ex adnotationibus Ecclesiasti-

<sup>4</sup> MARSHALL, A treatise on the law of Insurance, II, 772 en 773. Berigt der Holl. Soc. van Levensverzekeringen, opgerigt in den Jare 1807, te Amsterdam. Afd. Levensverz., p. XIV.

"Compagnie d'Assurances Générales sur la vie des hommes, Statuts, Art. 5, N°. 3, et Art. 7, al. 4. Celui qui n'a pas eu la petite vérole ou n'a pas été vacciné, paie une augmentation d'un dixième de la prime annuelle ou du prix de l'Assurance. Celui qui est atteint de maladies ou infirmités graves, obtient des conditions plus ou moins favorables suivant la nature de la maladie. Les dérogations aux conditions générales doivent être spécialement énoncées dans le Contrat d'Assurance."

cis. GUILIELMUS KERSSEBOOM, in Politique Rekenkunde,  
1748.

Secundum eas tabulas itaque aestimari potest quantitas praemii solvendi. Multum refert an bene factae sint haec enumerationes, quoniam saepe, et imprimis ante aliquot annos, factum est, ut illae enumerationes, male habitae, causa fuere exitii multarum societatum assecurationis super vita. Hodie tamen exstant meliores, et ex illis demonstrari potest, eas tantum recte confici posse ab iis qui bene tenent scientiam elementorum populationis, quod attinet ad personas quae nascuntur et moriuntur, et etiam ad statum valetudinis populi, et ex illis tabulis statui potest longitudo probabilis vitae humanae, secundum quam a mathematicis definitur, quaenam pecuniae summa praemii nomine solvenda, ad hanc vel illam aetatem, ut post mortem, vel post tempus in Polizza definitum, recipiatur pecunia assecurata.

Sed revertamur ad argumentum nostrum, et videamus, quomodo haec species assecurationis degeneret a natura hujus contractus, et similis aleis fiat. Aequo ac res in contractu assecurationis proprie sic dictae, assecurati interesse debent, ita vita in assecuratione super vita. Nunc per se patet multos esse modos, quibus hominum interesse possunt res, sed in assecuratione super vita, vita tantum ita referre debet, ut illud commodum pecunia aestimari possit, neque in hac specie natura contractus sinit aliud esse commodum quam quod pecunia aesti-

mari potest, nam aliter non solum contractus vitiosus esset, sed etiam vituperandus esset propter immoralitatem, cui locum daret, si occasionem praestaret vita humana uti tamquam ludi materia.

Cum liberum corpus aestimationem non recipiat, non possumus aestimare, quid valeat vita humana, nam in hoc sensu omnino significationem Fragmenti accipere volo, sed quanti vitae alterius nostra intersit aestimari potest, et aestimari debet a contrahentibus antequam contractus ineatur, et itaque ab illis stipulanda est pecunia assecurata, quae aestimationem continere debet detrimenti quod assecuratus pati potest, morte alterius personae quae ejus interest. Cum in assecuratione super vita periculum speciale est, nempe mors, in hoc etiam differt ab aliis assecurationibus, nam in illis periculum non semper in toto locum habet, et saepe pro parte accidit. Exemplum afferre possumus ex assecuratione contra incendium: non semper igni domus tota devastatur sed saepe etiam modo pro parte, et tunc assecuator damnum resarcire debet, ratione detrimenti capti; et ita etiam in aliis assecurationibus, præsertim in illa quae contra pericula maris contrahitur. Sed in assecuratione super vita, periculum, quando locum habet, semper totum detrimentum afferit. Itaque damnum semper in toto resarcendum sit<sup>1</sup>, ab

<sup>1</sup> Conf. MARSHALL, A Treatise on the Law of Insurance, II, p. 780.

"As by the terms of this contract, the entire sum insured is to

assecuratore, nunquam pro parte liberatur, et nunquam post periculum, ut in aliis assecurationibus, damnum aestimare potest.

Hanc ob causam recte legislator noster sancivit in Art. 304, Cod. Merc., N°. 5, in *Polizza* scribenda esse verba: *De som waarvoor is verzekerd.* Quod vero legitur in Art. 253, Cod. Merc., al. 2. "Indien de volle "waarde van het onderwerp niet is verzekerd, is de verzekeraar, in geval van schade, slechts verbonden, in "evenredigheid van het verzekerd tot het niet verzekerd "gedeelte," non applicandum est ad hanc speciem assecurationis, nam assecuator solum tenetur ad resarcendum damnum, ratione pretii de quo contrahentes convevenerunt. Nam fieri non potest ut post mortem hoc aestimetur, quia hoc natura ipsa periculi prohibet. Grün et JOLIAT recte itaque dixerunt<sup>1</sup>.

"Dans l'Assurance sur la vie, la nature du sinistre "ne permet pas d'en évaluer les suites, c'est en ce sens "que l'on peut dire que la vie d'un homme est hors "de toute estimation pécuniaire; le dommage dont l'Assuré a voulu garantir lui ou des tiers, se trouve fixé

"be paid upon the happening of one single event, which cannot particularly happen, and by the happening of which, the Insurer must suffer all the injury, against which he meant to be protected by the Insurance the loss must always be total, and never can be partial."

<sup>2</sup> *Traité des Assurances Terrestres*, p. 448.

“par la police, seul titre auquel on puisse s'en rapporter pour régler l'étendue des obligations de l'Assureur.”

Cum saepe accidit, ut pater Assecurationem contrahat super vita propria, in favorem liberorum vel heredum, in hoc casu Assecuratio super vita etiam differt ab aliis assecurationis speciebus, nam nunquam in aliis stipulatur in favorem tertii, sed semper Assecuratus ipse indemnitatem recipit, si periculum locum habuerit. Tamen accidere potest, ut tertii illam post mortem Assecurati recipient, sed tunc hoc ex Contractu non oritur, sed propter Jus quod heredibus tribuitur ex Jure hereditario. Nonnulli differentiam existere in cessione actionum existimavere, qui putant actionem non dari contra illum qui personam assecuratam interfecit vel caussa mortis ejus fuit. Nos autem rem ita non sese habere credimus, quia quisque tenetur ex actione injusta sua, et etiam hac in re resarcire debet damnum, quod ex actione ista injusta profuerit Assecutori. Denique Codex ipse noster silentio non praeterit differentiam, cum in Art. 302, Cod. Mercat., legislator praescribat tempus contractus significandum esse, et absolutum est hoc placitum, nam addidit tamquam poenam, contractum sine hac significatione temporis, nullum esse. “Het leven van iemand kan, ten behoeve van eenen daarbij belanghebbende, verzekerd worden, gedurende den tijd bij de overeenkomst, op straffe van nietigheid, te bepalen.”

Et docet in Art. 256, Cod. Merc., Polizzam ipsam assecurationis super vita, differre debere ab aliis assecurationis polizzis.

“Alle polissen, met uitzondering van die der Levensverzekeringen, moeten uitdrukken, enz.” Alia forma vero praescribitur in Art. 303, Cod. Merc.

## CAPUT III.

### DE ASSECURATIONE SUPER VITA SECUNDUM PLACITA LEGIS NOSTRAE.

#### Art. 302.

“Het leven van iemand kan, ten behoeve van eenen daarbij belanghebbende, verzekerd worden, gedurende den tijd bij de overeenkomst, op straffe van nietigheid, te bepalen.”

Haec definitio legis nostrae convenit cum illa quae in Codice Wurtemburgensi invenitur; in Franciae legislatione vero non occurrit definitio hujusce contractus.

Universe paucis verbis dici potest, contractus, quo unus contrahens (Assecuator) se obligat, praemium ad resarcendum damnum, quod alter contrahens (Assecutus) ex morte alicujus personae cuius interest, capere possit.

Ex historia<sup>1</sup> legislationis scire possumus, non iisdem

<sup>1</sup> VOORDUYN, Gesch. en Beg. der Nederl. Wetb., XI, p. 280, seqq.

verbis usum esse regis ministruum qui hunc Articulum composuit. In Legis speciminibus, anni 1825 et 1835, eadem verba non occurunt; nam pro, "gedurende den tijd bij de overeenkomst, op straffe van nietigheid, te bepalen," legebatur. "Voor één bepaalde tijd." Multae objectiones factae fuerunt contra haec verba: hisce enim prohibitum fuit, contrahere Assecurationem super vita tota, quod tamen etiam cum natura hujusce contractus convenit. Si lex ita concepta esset, tunc pater familias, exempli causa, qui post mortem suam, sortem uxoris et liberorum firmare vellet, solum per tempus limitatum contrahere posset; si itaque post hoc tempus moriretur, liberi vel uxor nihil ex assecuratione recipere possent. Propter hanc causam haec verba ita mutata fuerunt, et in rescripto ministri regis, quod legem anni 1838 contabatur, haec inveniebatur sententia: vitam hominis esse limitatam quod attinet ad finem vitae, omnes enim homines mortales sunt, sed tempus semper manere incertum.

Sapientissime etiam legislator usus est verbis. "Ten behoeve van eenen daarbij belanghebbende." Jam supra commemoravimus, aequae ac in aliis assecurationibus necesse esse, rem assecuratam interesse illius, qui assecurationem contrahit, ita etiam in hac specie assecurationis, vitam interesse debere assecurati<sup>1</sup>. In Anglia hoc etiam

<sup>1</sup> Conf. DE PINTO, Handl. tot het Wetb. van K., § 327, 2de ged.

requiritur. Legitur enim. in Stat. 14, GEORGE III, c. 48, 5 l. "That no insurance shall be made by any person or persons, bodies politic or corporate, on the life or lives of any person or persons, or on any other event or events whatsoever, wherein the person or persons, for whose use or benefit, or on whose account, such policy or policies shall be made; shall have no interest, or by way of gaming or wagering: And that every insurance, made contrary to the true intent and meaning of this act, shall be null and void, to all intents and purposes whatsoever."

In Francia vero dubitaverunt an requiratur, ut vita intersit Assecurati. Tribunal urbis Limoges, in sententia lata 1 Dec. 1836, statuebat, necesse non esse ut assecuratus probaret quomodo vita tertii illius interesset, sufficere dicebat consensum datum fuisse a persona super cuius vita assecuratio contrahebatur. Sed fere omnes scriptores Francici<sup>1</sup> tamen convenient hoc requirendum

---

"Hij, ten wiens behoeve dezelve (de verzekering) geschiedt, moet belang bij het verzekerd leven hebben. VERNEDE, Handl. tot de N. Wetg., Afd. III, ad h. 1. Een levensverzekering is alleen geldig, bij aldien men belang heeft bij het overlijden des verzekerden per soons."

ASSER, c. s. ad h., Art. p. 126. "Het woord belanghebbende is dan ook hier van eene meer uitgebreide beteekenis, dan bij elk andere verzekering."

<sup>1</sup> GRÜN et JOLIAT, Traité des A. T., p. 422. "La prohibition des

esse, cum assecuratio tunc facile a natura sua degeneret. Ita scriptor Articuli, quod legitur in Journal des Assurances, Tom. IV, p. 241, de hac re sententiam suam profert.

Multae societates assecurationis in Francia hoc etiam requirunt<sup>4</sup>. Sed cum, ut postea videbimus, requiratur in Francia consensus tertii super cuius vita contrahitur, nonnulli credebant hunc sufficere, cum nemo consensum suum daret, si vita tertii illius non interesset. Tamen, me judice, essentiale hujus contractus est, ut requiratur in assecurato ut ipsius intersit, quoniam, ut jam supra diximus, nullam assecurationem sine hocce commodo existare potest, quod ex consensu tertii super cuius vita contrahitur patere non potest. Vir Consultissimus C. VAN HEUKELOM, in Spec. Jurid., p. 29, dixit, praeceptum legis, Art. 302, totam fere vim amisisse, per illud quod postea legitur in Art. 305. "De begrooting van de som "en de bepaling der voorwaarden van de verzekering, "staan geheel aan het goedvinden der partijen."

Huic sententiae tamen assentire non possumus; confi-

"paris et la nécessité d'un intérêt réel dans l'Assurance, sont les "besoins de l'ordre public, et forment l'un des principes essentiels "de toute espèce d'Assurance. Aussi les Compagnies Françaises et "Anglaises, veulent-elles que celui qui assure sur la vie d'un tiers "justifie de son intérêt à la conservation de la vie de ce tiers."

<sup>4</sup> Compagnie d'Assur. Génér. sur la vie des hommes, autorisée par Ordonnance Royale, 22 Dec. 1819, Stat., Art. 3, al. 2.

teor, legem aestimare non posse quanti alicuius intersit alium vivere, sed lex omnino aestimare potest, et secundum legem nostram aestimat, an intersit alium vivere. Quaestio etiam moveri potest, an commodum quod aliquis ex tertii vita percipit, pecunia numerata aestimari debeat, vel an premium affectionis animi, quod quis habere potest in hujus tertii vita, sufficiat, ut illi liceat super vita ejus contrahere.

Illud premium affectionis admittunt illi qui statuunt, sufficere consensum personarum super cujus vita contrahitur Assecuratio. Ita, exempli causa, dixerunt GRÜN et JOLIAT<sup>1</sup>. "Il peut arriver que celui qui fait l'Assurance "n'y ait personnellement intérêt pécuniaire, l'Assurance "n'en est pas moins valable, moyennant le consentement "de la personne dont la vie est assurée, et à qui l'on "doit demander l'autorisation de conférer les droits dé- "pendant de sa mort. Tel serait le cas ou par un in- "téret d'affection un parent ou un ami assurerait une "somme sur la tête de son parent ou de son ami, au "profit des enfans ou héritiers de celui-ci, ou d'une "autre personne." Hoc sufficere non credo, et cum QUÉNAULT<sup>2</sup> statuo, quemcunque, qui, assecurationem contrahit super vita tertii, probare debere vitam illius sua interesse, nam assecuratio semper esse debet indemnitas

<sup>1</sup> Traité des Assur. Terr., N°. 376.

<sup>2</sup> Op. cit., N°. 51.

damni quod quis capere potest morte alicujus. De hac questione vero apud nos dubitari non potest, nam consensus personae assecuratae non requiritur in lege nostra; sed lex solum postulat interesse vitam assecurati, et in foro judicis ratio haberi nequit pretii affectionis, quod nunquam aestimationem recipit, sed modo quanti intersit hujus vita ratione lucri et damni quod inde assecratus percipit, et illud lucrum vel damnum semper pecunia numerata aestimari debet et potest.

Art. 303.

“De belanghebbende kan de verzekering sluiten, zelfs buiten kennis of toestemming van dengenen, wiens leven wordt verzekerd.”

Scimus ex historia legislationis multas objectiones esse factas, contra hunc articulum. Dicebatur nempe, malum esse, si assecuratio contrahi posset nesciente persona, super cuius vita contrahitur, qui itaque consentire non posset, quoniam tunc non satis accurate cognoscitur status sanitatis et aetatis illius personae. Etiam timebant ne assecurationes contraherentur cum societatibus, quae minus accurate haec spectarent; et quarum solvendi facultatibus propter hanc causam non satis confidi possent. Regis ministri<sup>1</sup> vero responderunt, omnino se volnis, vitam interesse illius qui super ea assecurationem contraheret, quod etiam in Art. 302, Cod. Merc.

<sup>1</sup> VOORDEYN, Gesch. en Beg. der Nederl. Wetg., D. IX, p. 284.

praescriptum erat, sed tamen non praescribere voluisse, consensum requirendum esse illius super cuius vita assecuratio contraheretur. Nam dixerunt, in multis casibus necessarium non esse, et exempla attulere, cur absurdum statuerent, creditores cuius debitor facheret iter periculoso, non posse contrahere super ejus vita sine consensu illius, quem dare non potest propter absentiam.

Consensus, qui in Anglia, Francia et Borussia requiritur, tertii super cuius vita contrahitur, apud nos itaque necessarius non est, et lex nostra hoc requisitum reliquit voluntati contrahentium. Optime hoc fecit legislator, ut mihi videtur, nam cum in Articulo praecedente jam praescriptum est vitam tertii assecurati interesse debere, non probandum esset consensum ejus etiam requiri. Nam sunt casus, in quibus hunc consensum recipi opus non est, exempli causa in itinere periculoso faciendo, vel si militare debuisset. Et in aliis casibus rare locum habebit, ut assecuratio fieret clam et sine consensu personae assecuratae. Assecuratus nempe omnia ea indicare debet quae non ignorare interest Assecuratoris, et illa optime cognoscere potest a persona assecurata ipsa, imprimis quod ad statum aetatis et sanitatis attinet, quae cum veritate congruere debent, nam si falsa fuerint, lex in Art. 251, Cod. Merc., nullum esse contractum, statueret.

Art. 304. De Polis bevat:

1<sup>o</sup>. Den dag waarop de verzekering is gesloten.

- 2º. Den naam van den verzekerde.
- 3º. Den naam van den persoon , wiens leven is verzekerd.
- 4º. Den tijd waarop het gevaar voor den verzekeraar begint te loopen en eindigt.
- 5º. De som waarvoor is verzekerd.
- 6º. De premie der verzekering.

Haec forma polizzae differt ab illa quae in Art. 256 praescripta est , et quae universe ad omnes assecurationis species pertinet, ubi tamen exceptio facta est , quod ad assecurationem super vita. Mirum videri potest, hic non inveniri quod in Art. 256, N°. 8, praescriptum est ; scilicet omnia ea quae assecutoris interesse possunt, quaeve stipulati sunt contrahentes , polizzae inserantur; et cum aliis scriptoribus facere debeo, qui hanc omissionem vehementer vituperant. Nam perutile foret, si declaratio haberetur de statu sanitatis et aetatis illius super cuius vita ineatur contractus. Hoc etiam a diversis societatibus in Germania, Anglia, Francia et patria nostra requiritur, quoniam aequa ac in aliis assecurationibus , assecutoris interest, quomodo se habeat persona assecurata.

Polizza, cuius forma praescripta est , quomodo scil. ineunda est, etiam est modus quo assecuratio probari potest, et Art. 258, Cod. Merc., non sinit hunc contractum , sicut ceteros plerosque contractus mercaturae, fere omnibus modis probari , sed jubet expressis verbis

hanc probationem fieri debere per scripturam, aut saltem exigit adesse debere initium probationis per scripturam. Possessio tamen nuda Polizzae, non Jus dat recuperandi damnum quod quis passus est, sed etiam assecuratus probare debet, contractum cum eo initum esse.

Art. 305.

“De begroting van de som en de bepaling der voorwaarden van de verzekering, staan geheel aan het goedvinden der partijen.”

Hic Articulus inservit ad explicandum ea quae in N°. 5, Articuli praecedentes leguntur. “de som waarvoor.” Legislator enim omnia reliquit voluntati contrahentium, nam fieri non posset, de pecunia assecurata, vel de conditionibus faciendis aliquod statuere, cum hoc plane pendeat a statu personarum qui contrahunt, et lex itaque aestimare non potest, quanti vita mea vel tua alterius intersit. Objectiones tamen quaedam factae fuerunt contra hunc Articulum.

Timebant ne hic Articulus contineret praeceptum magis generale, et nimiam fortasse libertatem relinqueret contrahentibus, et nonnulli itaque aliquid significare volebant de conditionibus faciendis et de pecunia assecurata stipulanda. A Regis ministro vero responsum <sup>1</sup> est:

“Verzekering op het leven is het eenige Contract, waaromtrent geen bewijs van het belang dat de verze-

<sup>1</sup> VOORDUYN, Gesch. en Beg. der Ned. Wetgev., IX, p. 286.

“kerde heeft, gevorderd kan worden, omdat het leven  
“van een persoon eene onwaardebare zaak is, waar-  
“omtrent het aan partijen moet worden overgelaten, eene  
“zekere som te betalen <sup>1</sup>. ”

Art. 306.

“Indien de persoon, wiens leven is verzekerd, op het  
“oogenblik van het sluiten der verzekering, reeds was  
“overleden, vervalt de overeenkomst, al had de verzekerde  
“van het overlijden geene kennis kunnen dragen; tenzij  
“anders ware bedongen.”

De periculo agitur in hocce et sequenti Articulo. Quod  
a nobis dictum est de contractu assecurationis universe,  
etiam applicari debet ad assecurationem super vita: quae-  
cunque res scil., de qua assecuratio contrahitur, exstare  
debet, tempore quo contractus ineatur. Si homo itaque  
non vivit hocce tempore, vita hominis non exstat, et  
super ejus vita itaque contrahi non potest. Et praecep-  
tum Art. 269, Cod. Merc., etiam valet de assecuratione  
super vita. Omnis assecuratio, quae contrahitur super re,  
contra quam periculum locum habere non potest, vel jam

---

<sup>1</sup> Haec verba belgico sermone trado, ut melius observaretur vitium  
quod, me judice, in responsione ministri occurrit. Nempe dicebatur:  
“Geen bewijs van het belang,” cum melius foret si diceretur. “Geen  
“bewijs van de hogerotheid van het belang,” nam si probari non  
potest, quomodo illius intersit, contractus nullus est quoniam hoc  
essentiale est Contractus assecurationis super vita, sed quanti illius in-  
tersit, omnino probari potest.

locum habuit, nulla est; et magis in assecuratione super vita extenditur; nam in Art. 269, solum nullum esse contractum statuitur, si assecuratus, vel qui assecurationem pro illo contrahit, periculum fieri non posse sciebat, quod in Art. 306 extenditur, quando illam nesciret. Scriptores Francici GRÜN et JOLIAT<sup>1</sup>, de hac re ita monuerunt.

“Ce cas est à peu près impossible, les Assureurs ayant “toujours soin de se faire représenter la personne dont “la vie est assurée, ou de faire attester son existence “actuelle.”

Tamen est Essentialia hujus Contractus, et cum illae assecurationes tam facile ab earum natura derogent, quam maxime absolutum est hoc praeceptum, et strictissime illud praeceptum sequi debemus. Nam aequi absurdum foret, assecurare domum quae jam combusta est, ac contrahere assecurationem super vita ejus qui jam mortuus est. In fine Articuli vero legitur: “Tenzij anders ware be-“dongan.” Sensus horum verborum videtur convenire cum articulo 269. Assecuratio etiam valeret, si assecuratus nescivisset mortem hominis super cuius vita contractum est<sup>2</sup>.

Nonnulli probare conati sunt, nullum esse contractum,

<sup>1</sup> Traité des Assur. Terr., №. 384.

<sup>2</sup> DE PINTO, Handl. tot het Wetb. van Kooph., IIde ged., § 239  
“De overeenkomst is dan zonder onderwerp”, ASSEN, c. s., ad h. Art.,  
adjectit haec verba. “Tot afsnijding van bedrog”, cui optime assen-  
tior. PARDESSUS, Cours de Droit Comm., №. 582.

si homo non vivit tempore quo contractus ineatur, ex analogia quae exstat in Art. 1816, Cod. Civ., ubi idem praeceptum est de Reditibus Vitae.

“Alle Lijfrenten, gevestigd op het lijf van iemand, die overleden was op den dag, waarop de overeenkomst is aangegaan, is krachteloos.”

Sed hoc argumentum, me judice, non valet: magna enim est differentia inter Assecurationem super vita et contractum de Reditibus Vitae. Sunt ambo contractus aleatorii, hoc certum est, sed in applicatione maxime tamen differunt. Periculus etiam est usus analogiae: si lex tacet, ea uti possumus, sed cum in hocce loco tam praeceps locuta est, necesse non foret, ut ex analogia interpretemur.

Art. 307.

“Indien hij, die zijn leven heeft laten verzekeren, zich van het leven berooft of met den dood wordt gestraft, vervalt de verzekering.”

In hac Assecuratione itaque, semper de mortis periculo contrahitur, sed haec regula, sive principiis contractus, sive iis, quae stipulati sunt contrahentes, restringitur. Ita ut jam ex hocce Articulo patet, contractus non valet, si ille, qui super vita propria contrahit, ipse causa mortis sua est, vel si subeat poenam capitalem. Facile hoc intelligitur, nam, ut supra jam diximus, periculum semper debet esse casus fortuitus, quod pendere non potest a voluntate unius contrahentium. Etiam in Jure Romano

hoc praescriptum est<sup>1</sup>. “Non debet alteri per alterum  
“iniqua conditio inferri.” Et “Nemo potest mutare con-  
“suum suum in alterius injuriam” legimus in Digestis.<sup>2</sup>  
“Ce serait exciter au désordre, provoquer au crime” dixe-  
runt GRÜN et JOLIAT. Alia vero est quaestio, an etiam  
hoc praeceptum extendatur ad illos qui mortui sunt in  
certamine singulari. Ex historia legislationis optimè scire  
possimus, quaenam fuerit sententia legislatoris de hac re.  
In specimine legis, quae 23 mensis Martii anni 1835 oblata  
est, non legebatur hic Articulus, sed die 21 mensis  
Octobris ejusdem anni additum est hoc praeceptum.  
Fuerunt etiam qui casibus suicidii et condemnationis  
ad poenam capitalem jungere volebant casum certaminis  
singularis. Regis minister autem hoc necessarium non  
censebat, et in lege additum non fuit<sup>3</sup>. Sic enumerari  
etiam non potuere casus, quibus assecuratus, temere pe-  
riculo se objiciens, vitam amiserit, in bello, verbi causa,  
vel in itinere periculo, vel etiam propter intemperan-  
tiam. Locus enim daretur multis quaestionibus, et pru-

<sup>1</sup> Fr. 74 D. De Div. Reg. Juris. (I, 17).

<sup>2</sup> Ibid., Fr. 75.

<sup>3</sup> VOORDEYN, Gesch. en Beg. der Ned. Wetg., IX, p. 288.

“Zelfmoord en doodslag,” antwoordde de Regering, “vlocijen voort  
“uit de onmiddellijke daad van den verzeerde, doch het is anders  
“met de zaak gelegen bij tweegevechten, welke wel middelijk den  
“dood ten gevolge kunnen hebben, doch geen voornemen kenschet-  
“sen om zich van ’t leven te berooven.”

dentiae causa itaque duos solum casus, suicidii et poenae capitalis, definiebat. Statuta tamen societatum nonnullarum, et in patria nostra et in aliis regionibus, hos casus enumerant. Scriptor Anglicus MARSHALL<sup>1</sup> notat diversas exceptiones quibus societates in illa regione se excusant a solvenda pecunia assecurata. Sic de societate, nomine Royal Exchange Assurance, docet.

“Declares every insurance, made by a person on his own life, to be void, if he shall depart the limits of Europe, shall die upon the seas, or enter into any military or naval service, whatsoever without the previous consent of the Company, or shall die by suicide, duelling, or the hand of justice.”

Duae autem aliae societates, Equitable Insurance et Pelican Insurance, omittunt casum certaminis singularis.

Societates in Francia statuunt non teneri assecuratorem, si assecurata persona mortua est in certamine singulari. Attamen scriptor Francicus QUÉNAULT<sup>2</sup> certamen singulare in iis casibus admittit.

“l’Assureur serait déchargé, si celui qui aurait stipulé sur sa propre vie périrait par suite d’une condamnation légale, ou d’un suicide, ou même d’un duel.”

Haecce verba valent de assecuratione quae contrahitur super vita propria assecurati; alia est quaestio, si con-

<sup>1</sup> Treatise on the Law of Insurance, D. II, p. 780.

<sup>2</sup> Traité des Assur. Terr., § 71.

trahitur super vita tertii, an tunc etiam assecuratio nulla fiat in casibus enumeratis. De hac re Codex noster tacet. Vir Consultissimus C. VAN HEUKELOM, in Specimine Jurid. de Assecuratione super vita, hoc negandum statuit ex verbis ipsis articuli 307. Minus recte, me judice, hoc fecit: non ex verbis ipsis Codicis hoc negandum videtur, cum lex taceat, sed potius ex natura ipsa Contractus Assecurationis super vita hoc probandum est. Cum in hacce specie Assecurationis semper de mortis periculo contrahitur, nihil refert quomodo mortuus sit, ille, super cuius vita contractum est, si Assecuratus non ipse esset causa mortis.

Hoc etiam animadvertisit PARDESSUS<sup>1</sup>, dicens, nullam fieri assecurationem, si super vita propria, sed minime si super vita tertii contractum sit. Angli<sup>2</sup> hanc distinctionem repudiant. In Francia de hac re dubitaverunt scriptores et PERSIL hanc distinctionem repudiavit. Dixit nempe, esse sententiam contrahentium contrahere assecurationem contra omne mortis periculum, quod locum habere potest vi maiore. Alii vero illam admittunt, sicut PARDESSUS<sup>3</sup>, QUÉ-

<sup>1</sup> Cours de Droit Comm., N°. 590. "Mais si quelqu'un a fait assurer la vie d'un autre, ces circonstances ne peuvent lui être opposées."

<sup>2</sup> Cf. DALLOZ, Répert. Alph. et Meth. de Doctrine et de Jurisprudence, T. V, N°. 327.

MARSHALL, O. c. II, 780. "Where the Insurance is made by a person on the life of another, death, "by suicide, duelling, or the hand of Justice," is not excepted."

<sup>3</sup> Cours de Droit Commercial, N°. 591.

NAULT<sup>1</sup>, GRÜN et JOLIAT<sup>2</sup>, DALLOZ<sup>3</sup> et alii. Dixerunt, si contrahitur super vita propria, est culpa assecurati si moritur propter unam earum caussarum; si contrahitur super vita tertii, non est culpa assecurati, si ille tertius propter unam earum caussarum mortuus est. Alia est quaestio si assecratus ipse caussa esset mortis, si personam super cuius vita contractum est, interfecit, vel alio modo causa est periculi; assecratores itaque tunc non tenentur, quam exceptionem etiam admittit PARDESSUS, et quae ex legi Articulo 276, de Mercatura probari potest. “Geene verliezen of schade door eigen schuld, veroorzaakt door eigen “schuld van eenen verzekerde, komen ten laste van den “verzekeraar.” Cum de hoc Articulo ageretur in concione Ordinum Generalium, nonnulli volebant de hac exceptione in lege nostra mentionem fieri. Respondit vero regis minister: absurdum hoc fore, quoniam idem esset casus, ac si quis domum suam ipse combureret<sup>4</sup>.

Art. 308. “Onder deze Afdeeling zijn niet begrepen “Weduwenfondsen, Tontines, Maatschappijen van onder-“linge Levensverzekering en andere dergelijke overeen-

<sup>1</sup> Traité des Assurances Terrestres, N°. 71.

<sup>2</sup> Ibid., N°. 386.

<sup>3</sup> Répertoire Alph. et Méth. de Doctr. et de Jurispr., V, N°. 327.

“Le duel, le suicide, l'exécution n'annulent point le Contrat, si l'assurance est faite sur la vie d'un tiers, ce sont des faits étrangers à l'assuré.”

<sup>4</sup> VOORDEIN, Gesch. en Beg. der Nederl. Wetg., IX, p. 288.

“komsten op levens en sterftekansen gegrond, waartoe  
“eene inlage of eene bepaalde bijdrage gevorderd wordt.”

Articulus legis specimenum quae die 23 mensis Martii, et die 24 mensis Octobris anni 1835 oblata sunt, non agebat de societatibus assecurationis super vita quae mutuo contrahuntur; postea additae fuerunt societates assecurationis super vita, cum denique anno 1838 Articulus mutatus fuit; et acceptus est, sicut nunc exstat in nostro Codice. Ut mihi videtur, satis confuse hic Articulus compositus est, et cum se ipso pugnat. Legitur nempe “*Weduwenfondsen, Tontines*<sup>1</sup>, *Maatschappijen van Onder-*  
“*linge Levensverzekering*, en andere dergelijke Overeen-  
“komsten, enz. enz.”

Minus recte legislator conjungit illas societates, quae dicuntur *Weduwenfondsen* en *Tontines*, cum societatibus quae mutuo contrahuntur, nam magna inter eas est differentia. Societates enim, quae dicuntur *Weduwenfondsen* et *Tontines*, non sunt Assecurationes super vita. Hoc ipse legislator dixit, cum, in speciminibus legis quae die 23 mensis Martii et die 24 mensis Octobris 1831 oblata sunt, solum locutus est de iis, et non agit de societatibus Assecurationis quae mutuo contrahuntur.

“Deze Afdeeling is niet toepasselijk op Weduwenfondsen, Tontines, enz. enz., als welke door bijzondere bepa-

---

<sup>1</sup> *Tontine* vocabatur haec societas, quoniam inventor fuit LORENZO TONI, Cf. ASSEB, c. s ad h. Art.

“lingen en overeenkomsten worden geregeerd, en niet tot “het verzekeringscontract behooren.”<sup>1</sup>

Itaque hoc vocabulum *dergelijke* mihi hocce loco idoneum non videtur, et melius foret, si scriptum fuerit, “en “andere overeenkomsten”, etc.

Caeterum hic Articulus satis inutilis est, cum statuat legislator, societates Assecurationis super vita quae mutuo contrahuntur et alios in Articulo nominatos, non regi placitis legis, quae agunt de Assecuratione super vita, sed propriis statutis et decretis, diverso tempore latis. Cum ipse legislator dixerit, non pertinere ad Assecurationis contractum illas societates quae dicuntur *Weduwenfondsen* et *Tontines*, inutile est praescribere, eas non regi placitis, quae de iis non agunt; et cum societates Assecurationis super vita quae mutuo contrahuntur, probari debent regis decreto<sup>2</sup>, quoniam considerantur sicut societates anonymae, necesse non erit hocce loco dicere, eas non regi placitis citatis, sed, ut per se patet, statutis propriis.

Melius foret, si de iis Codex ipse praescripta daret, et ea non amplius relinqueret variis decretis, quorum numerus

<sup>1</sup> VOORDUIN, Gesch. en Begins. der Nederlandsche Wetgeving, D. IX, p. 289.

<sup>2</sup> Exemplum de ea re exstat, cum statuta Societatis, nomine *Maatschappij van onderlinge Levensverzekerung*, gevestigd te Amsterdam, onder Directie van J. W. F. MATTHES EN A. S. TOBIAS, probata sunt a decreto Regis, 8 Junij 1847, №. 90.

jam magnus est, qui caussa sunt non magnam certitudinem in hac parte legislationis adesse.

Praecepta de hac re, continentur in:

Avis du Conseil d'Etat sur les associations de la nature des Tontines, 1 Avril, 1809.

Vir Consultissimus J. C. FORTUIN<sup>1</sup> dixit, illud omnium antiquissimum esse, quae de hac re lata sunt.

Decret Imperial, 18 Nov. 1810.

Et quae ad nostra tempora pertinent:

Decretum Regis, 16 Julij, 1830, Staatsbl. N°. 54.

Id., 2 Mei, 1833, Staatsbl. N°. 45.

Et tria Decreta Regis, 10 Julij, 1840, Staatsbl. N°. 41, 42 et 43.

---

<sup>1</sup> Verzameling van Wetten en Besl. en andere Regtsbronnen van Franschen oorsprong, enz. D. III, p. 47.

T A N T U M .

etiamque ab aliis non adhuc res mobiles esse, neque adhuc res immobiles. Non enim res immobiles sunt res, quae non possunt esse mobiles, sed sunt res, quae non possunt esse immobiles. Non enim res mobiles sunt res, quae possunt esse immobiles, sed sunt res, quae possunt esse mobiles.

## T H E S S.

—  
—  
—  
—

### I.

Contractum Assecurationis super vita, neque bonis moribus, neque Juris principiis contrarium esse, contendō.

### II.

Qui falso nomine polizzae Assecurationis subscrispsit, non falsum in scriptura mercatura, sed falsum in scriptura privata commisit.

### III.

In L. 7. D. de In diem Add. (XVIII. 2), legitur: »nisi prior paratus sit plus adjicere.« Vocabulo *plus* etiam tantum significari existimo.

### IV.

Secundum Art. 1191. Cod. Civ. vendor, iis casibus qui ibi memorantur, revindicare potest res mobiles, quae adhuc in eodem statu versantur quo traditae sunt. Hunc statum eundem esse non puto, si res mobilis ad perpetuum usum conjuncta sit rei immobili.

V.

Iis quae Art. 44. Cod. Civ. indicantur peractis, matrimonium ex lege nostra jure contractum est, etiamsi instrumentum publicum matrimonii initi, Art. 45. memoratum, confessum vel a partibus signatum non fuerit.

VI.

Improbamus Art. 364. Cod. Merc.

VII.

Contractus a Neerlando cum societate peregrina, regis nostri decreto non comprobata, initus, in foro nostro omnino valet.

VIII.

Socios furti, de quo agitur in Art. 380. Cod. P. puniendos esse censeo.

IX.

Improbamus poenam Art. 339. Cod. P.

X.

Art. 28 b. Cod. P. Franc. abrogatus est Art. 437 a. Cod. Civ. Neerl.

XI.

Assentior iis qui censem praescriptum Art. 91. al. 4. legis fundamentalis etiam spectare illos delegatos, qui a rege confirmantur in munere quod jam exercebant, tempore quotamquam delegati mandatum suscipebant.

XII.

Bellum justum demum est, quod ad injuriam vindicandam geritur.

XIII.

»Aucune Autorité sur la terre n'est illimitée,? ita recte BENJAMIN CONSTANT. Cours de Politique Constitutionnelle. I. 174.

XIV.

Non omnia Instituta philanthropica, quae dicuntur, in patria nostra, quae tendunt ad paupertatem diminuendam, quamquam laudabilia, hoc propositum attingunt. Laudabili quidem consilio inserviunt illa Instituta quae tendunt ad alimenta, bona, subsidia cet. gratis pauperibus praestanda, sed longe iis praeponenda sunt ea Instituta, quae pauperibus occasionem praebent proprio labore ea omnia sibi acquirendi, quae ad vitam sustentandam necessaria sunt. Praeter omnia alia autem laudanda sunt Instituta, quae pauperum facultatibus ingenii et moribus savent, tamquam firmissima contra paupertatem propugnacula.

—<sup>1</sup>q; ceteris oblongis, quibus quilibet cunctis latus est  
quadratis deinde invenitur, ut quadrat super quatuor et  
quidam in triangulis non insuper sed etiam in quadratis inveniuntur  
in tabulis quae per se sunt illi tantum in omnino meiusup  
cunctemq; adiacentem sicut in aliis, quod, annata  
longior est per se, et hoc abhinc quod si regat haec  
sit etiam in modis omnibus inveniuntur, non raro etiam in  
longiori quadrato inveniuntur, non in aliis, quod, annata  
longior, etiam in modis aliis inveniuntur, non raro etiam in  
longiori quadrato inveniuntur, non in aliis, quod, annata

longior, etiam in modis aliis inveniuntur, non raro etiam in aliis.

—<sup>2</sup>q; ceteris oblongis, quibus quilibet cunctis latus est  
quadratis deinde invenitur, ut quadrat super quatuor et

quidam in triangulis non insuper sed etiam in quadratis inveniuntur

in tabulis quae per se sunt illi tantum in omnino meiusup

cunctemq; adiacentem sicut in aliis, quod, annata

longior est per se, et hoc abhinc quod si regat haec

sit etiam in modis omnibus inveniuntur, non raro etiam in

longiori quadrato inveniuntur, non in aliis, quod, annata

longior, etiam in modis aliis inveniuntur, non raro etiam in aliis.

—<sup>3</sup>q; ceteris oblongis, quibus quilibet cunctis latus est  
quadratis deinde invenitur, ut quadrat super quatuor et

quidam in triangulis non insuper sed etiam in quadratis inveniuntur

in tabulis quae per se sunt illi tantum in omnino meiusup

cunctemq; adiacentem sicut in aliis, quod, annata

longior est per se, et hoc abhinc quod si regat haec

sit etiam in modis omnibus inveniuntur, non raro etiam in

longiori quadrato inveniuntur, non in aliis, quod, annata

longior, etiam in modis aliis inveniuntur, non raro etiam in aliis.